

Arnoldꝰ [illegible]

[illegible]

In hoc volumine continentur hii libri per ordinem

lib. phisicorum

lib. de celo et mundo

lib. de generatione et corruptione

lib. de anima

lib. de memoria et reminiscentia

lib. de sensu et sensato

lib. de sompno et vigilia

lib. de morte et vita

lib. de differentia spiritus et anime

lib. de vegetabilibus

lib. metheororum

methaphisica vetus

methaphisica nova

lib. de causis

lib. de articulis fidei

Iste liber naturales deputatus est ad usum fratris Nicolay de [illegible] lectoris [illegible] emptus pro [illegible] argenti [illegible] florenis [illegible]





Quoniam quidem intelligere et scire contingit circa omnes scientias quarum principia sunt aut cause aut elementa ex eorum cognitione (tunc enim opinamur unumquodque cognoscere cum causas cognoscimus primas et principia prima et usque ad elementa) manifestum quod et de natura scientie primum determinare temptandum que circa principia sunt. Innata est autem nobis via ex certioribus nobis notioribus in certiora nature et notiora. Non enim sunt eadem nobis nota et simpliciter. Quapropter necesse est hunc modum procedere ex incertioribus nature nobis autem certioribus in certiora nature et notiora. Sunt autem primum nobis manifesta et certa confusa magis. Posterius autem fiunt ex hiis nota elementa et principia dividentibus hec. Unde ex universalibus in singularia oportet provenire. Totum enim secundum sensum notius est. Universale autem totum quoddam est. Multa enim comprehendit ut partes universale. Sustinet autem hoc idem quodammodo et nomina ad rationem. Totum enim quoddam et nomen diffinitum significat, ut circulus; diffinitio ipsius dividit in singularia. Et pueri primum appellant omnes viros patres et matres feminas; posterius autem determinant unumquodque. Necesse est igitur unum esse principium aut plura; et si unum aut immobile, sicut dicit Parmenides et Melissus, aut mobile sicut phisici, hii quidem aerem dicentes esse, alii vero aquam primum principium. Si autem plura, aut finita aut infinita; et si finita plura autem uno, aut duo aut tria aut quatuor aut secundum aliquem alium numerum; et si infinita, aut sic sicut dixit Democritus genus unum, figura autem specie differentia aut contraria. Similiter autem querunt et qui sunt querentes quot sunt entia: ex quibus enim sunt que sunt querunt primum. Si hec autem utrum unum aut plura sunt; et si multa aut finita aut infinita. Quare principia et elementa querunt utrum unum aut multa. Sed quidem si unum et immobile sit quod est de natura intendere non est. Sicut enim et geometre non amplius ratio est ad destruentem principia sua, sed aut alterius est scientie aut omnibus communis; sic neque circa de principiis. Non enim amplius principium est si

unum solum et sic unum est. Principium enim et causam aut quorundam est. Simile igitur utrum est ad sic unum et ad aliam positionem quamlibet disputare igitur dictam ut Heracliteam, aut si quis dicit hominem unum omne quod est esse. Aut solvere litigiosam orationem quod sane utrorumque habent rationes, et Melissi et Parmenidis. Et enim falsa recipiunt et non sillogizantes sunt. Magis autem Melissi onerosa et non habet defectum, sed uno inconveniente dato alia contingunt; hoc autem non est difficile. Nobis autem supponatur que sunt natura aut omnia aut quedam moveri. Manifestum autem ex inductione. Simul autem neque omnia convenit solvere, sed aut quecumque ex principiis aliquis monstrans mentitur, quecumque vero non, non. Ut tetragonismum quidem qui per decisiones geometrie est solvere, illum autem Antiphontis non geometrie est. Sed quoniam de natura non naturales opiniones aut dubitationes contingit ipsos dicere, forte bene se habet aliquantulum disputare de istis; habet enim philosophiam hec respectus. Principium autem maxime proprium omnium, quoniam multipliciter dicitur id quod est, quo dicunt

dicentes unum esse omnia, utrum substantiam esse omnia aut quantitatem aut qualitatem. Et iterum utrum substantiam unam omnia, ut hominem unum aut equum unum, aut quantitatem unam aut qualitatem unam, aut hec album aut calidum aut aliquid talium. Hec enim omnia differunt multum et sunt impossibilia dicere. Si quidem erit et substantia et qualitas et quantitas, et hec sive absoluta ad invicem sive non, multa sunt que sunt. Si vero omnia sunt aut quanta aut qualia, sive cum sit substantia sive cum non sit, inconveniens est, si oportet inconveniens dicere impossibile. Nullum enim aliorum separabile est preter substantiam; omnia vero de subiecto dicuntur substantia. Melissus autem quod est infinitum dicit esse. Quantum igitur aliquid est quod est. Infinitum enim in quantitate est. Substantiam autem infinitam aut qualitatem esse aut passionem esse non contingit nisi secundum accidens, si simul et alie quantitates sunt. Infiniti autem ratio quantitati coniungitur, sed non substantie neque qualitati. Si quidem igitur substantia est et quantum, tunc duo sunt et non unum est quod est. Si vero substantia solum, tunc non infinitum est, neque magnitudinem

habet nullam quantitatem. et quod
dam erit. Amplius cum ipsum unum
multipliciter dicitur quemadmodum et
quod est. intendendum quomodo dicunt u
num esse omnia. Dicitur autem
aut continuum unum aut indivi
sibile aut quorum ratio una et ead
est quod erat aliquid esse sicut
methu et vinum. Si quidem igitur con
tinuum est. multa sunt unum. in in
finitum enim divisibile est con
tinuum. Est autem dubium de
toto et parte. forsitan autem non
ad hanc rationem sed ad ipsam secundum
se ipsum. utrum unum aut
plura sunt partes et totum. et quo
modo unum aut plura. et si plu
ra quomodo plura. Et de parti
bus non continuis. et si toti
unum utrumque sicut non divi
sibile est. quia et eidem eadem
erunt. At vero si est sicut in
divisibile est. nullum erit quan
tum neque quale. neque iam infini
tum quod est. sicut Melissus dicit.
neque finitum sicut Parmenides.
Terminus enim indivisibile non finitum.
At non si ratione unum sunt que
entia omnia sicut tunica et indumen
tum. Heracliti rationem contin
git dicere ipsum. idem enim erit bo
no et malo et non bono esse et bo
no. Quare idem erit non bonum
et bonum et homo et equus. Et non
solum de eo quod unum sint
que sunt ratio erit. sed de eo quod

nichil tale quid esse et tantum
idem. Conturbati autem sunt
posteriores quemadmodum et anti
qui ne forte contingat
idem simul esse unum et mul
ta. Unde alii quod esse auferre
bant quemadmodum Lycophron. Alii
autem mutabant dictionem. quo
niam homo non albus est. sed alba
tur. neque ambulans est sed am
bulat. ut non est addicientes
multa esse faciant unum. tam
quam singulariter dicto uno et
eo quod est. Sed multa sunt
que sunt aut ratione. ut aliud
est albo esse et musico. sed eadem
utraque. multa igitur unum di
visione quemadmodum totum et
partes. Hic autem iam defficie
bant et confitebantur unum
multa esse. tamquam non conve
niens eidem unum et multa
esse et idem unum esse unum et
multa non autem opposita sunt.
est enim unum et potentia et actu. Hoc igitur
modo facientibus impossibile vide
tur que sunt plura esse unum.
Et extra hec dissolvere solutiones
non difficile est. utrique enim
sophistice syllogizant Melissus
et Parmenides. nam falsa re
cipiunt et non syllogizantes sunt. in
magis autem Melissus honero
sa et non habens defectum. sed uno i
convenienti assignato: ali
a contingunt. hoc autem nichil

grave est. Ad quod quidem Male-
lisser inclinavit minime est. Opi-
natur autem accipere siquidem fac-
tum est habet principium omne
et quod non factum est non habet.
Postea et hoc inconveniens
est et omnis esse principium rei
et non temporis, et generationem non sim-
plicis sed alterationis tamquam
non in mutatione facta subito.
Postea propter quid immobi-
le, si unum est? sic et parti-
cula existens haec quidem
aqua movetur in seipsa, quare
et non omne? amplius postea
alteratio propter quid non
erit? At vero nec specie possibile
unum esse nisi ex quo. Sic et
physicorum quidam unum di-
cunt esse, illo autem modo non.
Homo namque ab equo alterum est
specie et contraria ad invicem.
Et ad Parmenidem autem idem
modus rationum est, et si quidem
alii proprii modi sunt. Et
solutio partim quidem quia falsa, quod
demum est, partim quidem quia
non concludit: falsa quidem
quia simpliciter accipit quod
est dici multipliciter dicto; non
concludit vero quia si tantum al-
ba recipiantur significan-
te unum albo nihilominus
multa alba sunt et non unum;
neque enim continuatione unum
erit album neque ratione.

Aliud enim erit esse albo et suscep-
tivo; et non erit praeter album
aliquid divisibile. Non enim in-
quantum separabile est, sed
esse alterum est albo et cui in-
est. Sed hoc Parmenides nondum
videbat. Necesse est igitur accipe-
re non solum unum significare quod
est de quo utique praedicatur,
sed et quod vere est et quod vere
unum est. Accidens autem de
quodam subiecto dicitur, quare cui
accidit quod est non erit. Alte-
rum enim ab eo quod est. Itaque
erit aliquid cum non sit. Non
igitur inerit alii cum sit quod
vere est. Non enim inerit cuipiam
quod est esse, nisi multa sig-
nificet sic quod est quod est
esse aliquid unumquodque. Sed
concessum est quod est sig-
nificare unum. Si igitur quod est
vere nulli accidit, sed illi accidit,
aliquid magis quod vere
est significat quod est quam quod
non est. Si enim erit quod vere
est idem et album, albo autem
non est esse quod vere est. Non enim
accidere ipsi possibile est quod est.
Nihil enim est quod est quod non
est vere. Non igitur est quod est
quod album est. Non sic ut
sicut cum aliquid non sit, sed
cum omnino non sit. Quod vere
unum est non est. Verum enim est
dicere quia album est. Hoc autem

quod non est significat. quare
si album significat quod non
est. unum ergo significat quod
vere est. non ergo magnitudo
erit quod est. si quidem est
quod vere est. utriusque namque
alterum est esse partium. ¶ Quod
autem dividitur quod vere est in
quod vere est aliquid et in aliud
ratione manifestum est. ut si homo quod
est quod vere est aliquid
vere est et quod vere est ali-
quid esse et bipedem. si autem non
quod vere est sunt. tunc
accidentia erunt. aut ergo homini aut
alii subiecto. sed impossibile est. ¶ Acci-
dens dicitur hoc autem quod
contingit esse aut non esse aut
cuius esse est in ratione hoc cui acci-
dit. ut sedere quod sit et sepe-
rabile. in simo autem est ratio
nasi cui dicimus accidere simum.
¶ Amplius quecumque in diffinitiva ra-
tione sunt. aut ex quibus sunt
in ratione alicuius eorum non in-
est ratio totius. ut in bipede ratio
non est hominis aut in albo quod
est albi hominis. Si ergo hec sic se
habent et accidit homini bi-
pes. necesse est separabile esse ip-
sum. quare contingit utique
non bipedem esse hominem. aut ratio-
ne bipedis inest ratio hominis. sed
impossibile est. illud enim in illius ratio-
ne inest. ¶ Si autem alii accidit
et bipes et animal et non est utrumque

quod vere est aliquid. et non unum
erit accidentium alterum. sed quod
vere est sit aliquid nulli. et de
quo album et tritium dicitur
quod est ex huiusmodi dicatur
ex indivisibilibus est. ratio omne
¶ Quidam autem rationibus utrisque
annuerunt. huic quidem quoniam
omnia unum sunt. si quod est
unum significat quoniam est et
quod non est. ¶ Alii autem ex
decisione individuas facien-
tes magnitudines. manifestum
autem est quoniam non verum est
quod si unum significat quod
est et non possibile simul contradic-
tionem esse. non erit utique quod
non est. nichil enim prohibet quod
non est non simpliciter esse. sed non
aliquid esse quod non est. di-
cere ergo preter ipsum quod est
nisi aliquid erit aliud unum
omnia esse inconveniens est.
¶ Si vero addicatur ipsum quod
vere est nisi quod vere est
aliquid sit. si autem est hoc
nichil prohibet tamen multa que
sunt esse sicut iam dictum est.
Quod quidem ergo sit unum esse
quod est impossibile sit manifestum.
¶ Sicut autem physici dicunt duo modi
sunt. hii enim quid facientes unum
quod est corpus subiectum
aut trium aliquid aut aliud
quod quod est igne densius
aere autem subtilius alia

generantes densitate et raritate multa facientes. hec autem sunt contraria. Universaliter autem excellencia et defectus sicut magnum inquit Plato et parvum. nisi quod hic quidem facit multa materiam, unum autem speciem. alii vero unum quod subiectum materiam, contraria autem differentias et species. Alii autem ex uno inexistentes contrarietates segregant, sicut Anaximander dicit et quicumque unum et multa dicunt esse sicut Empedocles et Anaxagoras. ex mixtione enim et hii segregant alia. Differunt autem ab invicem in eo quod hic circulationem facit horum, hic vero semel. et hic infinita similium partes et contrarias, ille vero que dicuntur elementa solum. videtur autem Anaxagoras sic infinita opinari, quia accipiebat communem opinionem physicorum esse veram, tanquam non fiat nullum eorum ex eo quod non est. propter hoc enim sic dicunt quod erant simul omnia et fieri hii statuerunt alterari, alii autem segregationem et congregationem. Amplius autem ex eo quod fiunt ex alterutris contraria, inerant ergo. si enim omne quod est quod fit necesse est fieri aut ex hiis que sunt aut ex hiis que non sunt, horum autem aliud quod ex hiis que non sunt aliquid fieri impossibile est. De hac enim convenerunt opinione omnes qui de natura sunt. reliquum autem iam contingere ex necessitate putaverunt, et ex hiis que sunt et que insunt fieri, sed propter parvitatem magnitudinum ex insensibilibus nobis. Unde dicunt omne in omni misceri, propter hoc quod omne ex omni videbant fieri. Apparere autem differentia et appellari altera ab invicem ex maxime superhabundantem ut continue propter multitudinem in mixtura infinitorum. sincere quidem quod autem totum album aut nigrum aut dulce aut carnem aut os non esse. sed hoc quod plus unumquodque habet hoc videtur esse secundum naturam rei ut in mixturam. Si igitur infinitum quod est secundum quod infinitum ignotum, secundum multitudinem quidem et magnitudinem infinitum ignotum quoddam quantum est, secundum autem species infinitum quale quoddam ignotum est. principiis et infinitis existentibus et secundum multitudinem et secundum speciem impossibile est cognoscere que sunt ex hiis. sic enim compositum cognoscere arbitramur cum cognoscimus ex quibus et quantis sit. Amplius autem si necesse est

cuius partem contingit quan-
tamcumque esse secundum magnitu-
dinem vel multitudinem vel par-
vitatem vel paucitatem
et ipsum contingere. dico autem
talium aliquam partium cuius
sunt in quam dividitur totum.
Si autem impossibile est animal aut
plantam quantamcumque esse
secundum magnitudinem et parvi-
tatem, manifestum quod neque par-
tium aliquam erit. erit enim et to-
tum partibus simile. caro
autem et os et huiusmodi partes sunt
animalis et fructus plantarum.
Manifestum ergo quod impossibile est car-
nem aut os aut aliquid aliud
quamcumque quantitatem esse
magnitudine aut maius
aut minus. Amplius autem si
omnia quidem insunt huiusmodi ad
invicem et non fiunt sed segre-
gantur cum insint, dicuntur
a plurimo, fit autem ex quolibet
quodlibet ut ex carne aqua
segregatur et caro ex aqua;
omne autem corpus finitum
ut reseratur vel scinditur
a corpore finito, manifestum est
quod non contingit in u-
noquoque unumquodque esse. Remo-
ta enim ex aqua carne et ite-
rum alia facta ex residua
segregatione, quamvis
semper minor sit segregata,
sed tamen non excellit magnitudo

aliquam parvitatem. Quare si quidem
stabit segregatio, non omne in
omni erit. in reliqua enim
aqua non inerit caro. si vero
non stabit sed semper habebit re-
motionem, in finita mag-
nitudine equalia finita
inerunt infinita secundum mag-
nitudinem. hoc autem impossibile est.
Ad hoc autem si omne quidem
corpus remoto quodam mi-
nus necesse est fieri. carnis autem
determinata est quantitas et m-
agnitudine et parvitate,
manifestum est quod ex minima
carne nullum segregabi-
tur corpus. erit enim minus mini-
mo. Amplius autem infinitis cor-
poribus inerunt utique iam caro
infinita et sanguis et cerebrum
separata autem ab invicem,
nichil autem minus sunt que
sunt et infinitum unumquodque
quod est. hoc autem irrationabile est.
Nequaquam autem esse segregan-
dum non scientes quidem dicunt rec-
te autem dicunt. passiones enim
separabiles sunt. Si igitur mixti
sunt colores et habitus, si segre-
gentur, erit aliquid album
et sanum non aliquod alterum
cum sit neque de subiecto. Quare inconve-
niens est et impossibile querens
intellectus siquidem vult quod segre-
gare. hoc autem facere impossibile
est et secundum quantitatem et secundum

qualitatem. secundum quantitatem qui-
dem quoniam non est minima ma-
gnitudo. secundum qualitatem vero
quoniam inseparabiles passiones
sunt. hoc forte gratia multitudinis
accipit unumquodque speciem. Est
autem quod liquidum in utraque di-
est autem quod non et non est in
modum sic latus ex uno et do-
mus ex lateribus. sic autem aqua
facta ex alterutris sunt et si
[illegible] est immobile [?]
finita accipere quod quidem
facere solet cum [?]. Omnes quidem con-
traria prima faciunt et dicent
quod unum sit omne et immo-
bile. Et parmenides calidum
dum et frigidum principia facit.
hec autem appellat ignem et ter-
ram. et quidam rarum et densum
et democritus firmum et ina-
ne quorum aliud quidem sicut quod
est aliud autem sicut quod non
est esse dicit. Adhuc autem
positione et figura ordine. hec et
genera contrariorum sunt. posi-
tione sursum deorsum ante re-
tro. figura autem angulatum rec-
tum circulatum. Quod qui-
dem igitur contraria quodammodo
faciunt omnes principia manifestum.
Et hoc rationabiliter est. oportet enim princi-
pia neque ex alterutris esse ne-
que ex aliis. sed ex hiis omnia. con-
trariis autem primis insunt hec. quia pri-
ma quod prima quidem non sunt ex

aliis. solida autem quod sunt con-
traria non sunt ex alterutris.
Sed oportet hec in ratione considerare
qualiter contingit. Accipien-
dum igitur primum est quod omnia
que sunt nichil neque aptum na-
tum est facere neque pati contin-
gens a contingenti. Neque
fit quodlibet ex quolibet nisi aliquis
aliquid accipiat secundum acci-
dens. quomodo enim fiet album ex
musico nisi accidens sit
albo aut nigro musicum. Sed
album quidem fit ex non albo et
hoc non ex omni non albo. sed
ex nigro aut ex mediis. et mu-
sicum ex non musico et non ex
omni sed ex non musico aut
aliquo talium si aliquid
ipsorum est medium. Neque
corrumpitur in contingens primum
ut album non in musicum nisi
forte secundum accidens et in non
album et in non contingens. sed
in nigrum aut in medium.
sic et musicum in non musi-
cum et hoc non in contingens
sed in non musicum aut si aliquid
ex ipsis est medium. Similiter autem
hoc est et in aliis. Quoniam autem
non simplicia solum sunt que
sunt sed composita se habent secundum ratio-
nem eandem manifestum est. sed latet
quod non opposite dispositiones
sunt nominate. hoc contingens
necesse est et omne consonans

ex inconsonantia fit et inconso
nans ex consonantia fit. Et cor-
rumpitur consonantia in inconso-
nantiam, et haec non in quam-
cumque sed in oppositam. Dif-
fert autem nihil dicere incon-
sonantiam aut ordinem aut compo-
sitionem. Manifestum quod eadem est
ratio. At vero et domus et
statua et quodlibet aliud fit simi-
liter. Domus enim fit ex eo quod
composita non sunt sed ex eo quod
divisa sunt haec sic, et statua
et figuratum aliquid ex non
figurato, et unumquodque ho-
rum aliorum hoc quidem ordo, aliud qui-
dem compositio. Si igitur
hoc verum est, omne quod
fiat fit et quod corrumpitur
corrumpitur aut ex contrariis
aut in contraria aut in horum
media. Media autem ex contra-
riis sunt, ut colores ex albo
et nigro. Quare omnia erunt quae
natura sunt aut contraria
aut ex contrariis. Usque qui-
dem igitur ad hoc fere secuti sunt et
aliorum plurimi quemadmodum diximus
prius. Omnes enim elementa et ab ip-
sis vocata principia tamquam
sine ratione ponentes contraria
dicunt, tamquam ab ipsa veri-
tate coacti. Differunt autem
ab invicem in eo quod alii
priora, alii posteriora
accipiunt, et quod hi quidem

notiora secundum rationem, illi vero secundum
sensum. Hi quidem calidum et frigidum, illi
vero humidum et siccum, alteri autem
parem et imparem, quidam vero con-
cordiam et discordiam causas
ponunt generationis. Haec autem ab in-
vicem differunt secundum dictum
modum. Quare fit eadem quodam-
modo dicere et altera ab invicem,
altera quidem quemadmodum videtur
pluribus, eadem autem secundum ana-
logiam. Accipiunt enim ex ipsa coordi-
natione. Haec quidem enim
continent, illa vero continen-
tur contrariorum. Sic igitur simili-
ter dicunt et dissimiliter, et peius et melius,
et hi quidem notiora secundum ratio-
nem sicut dictum est prius, illi autem
secundum sensum. Universale namque notum
est secundum rationem, particulare
autem secundum sensum. Ratio
quidem enim universalis est, sensus autem
particularis, ut magnum
et parvum secundum rationem est, ra-
rum et densum secundum sensum.
Quod quidem igitur contraria oportet
esse principia manifestum est. Con-
sequens autem utique erit dicere
utrum duo aut tria aut
plura sunt. Unum quidem enim non est pos-
sibile, quoniam non unum contra-
rium est. Infinita autem non sunt,
quoniam non scibile erit ens in ipsis. Et unam con-
trarietatem in omni genere unius:
substantia autem unum quoddam genus

Et eius quod contingit esse infi-
niti. Melius autem ex finitis
quemadmodum empedocles quam ex
infinitis. Omnia namque red-
dere opinantur ut anaxagoras
ex infinitis. Amplius autem sunt
alia aliis contraria priora et fiunt
altera ex alterutris, ut dulce
et amarum et album et nigrum.
Principia autem semper oportet manere.
Quod quidem igitur neque unum
neque infinita sunt, manifestum est ex
his. Quoniam autem finita, esse
facere duo principia tantum
ut non facere duo tantum habet
quandam rationem. Dubitabit enim
aliquis utique quomodo densitas
raritatem facere quid apta
nata sit aut haec densitatem.
Similiter autem et alia quaelibet contrarietas.
Non enim concordia discor-
diam conducit et facit ali-
quid ex ipsa, nec ipsa concor-
diam, sed utraque alterum quod-
tertium. Quidam autem et plura ac-
cipiunt ex quibus praeparant
eorum quae sunt naturam. Ad
haec autem amplius et de hoc du-
bitabit utique aliquis nisi aliquam
posuerit contrariis alteram natu-
ram. Neque enim videmus eorum quae sunt
contraria substantiam. Principium
autem non de subiecto oportet dici aliquo,
erit enim principium principii;
subiectum enim principium et prius
videtur praedicato esse. Amplius

non esse dicimus substantiam substantiae
contrariam. Quomodo igitur ex non substan-
tiis substantia utique erit? Aut quomodo
prius non substantia substantia utique erit?
Unde si aliquis verum putaverit
priorem esse rationem et hanc, necesse est
si debet salvare utrasque ipsarum sub-
esse quoddam tertium, quemadmodum
dicunt unam quandam naturam
dicentes esse, ut aquam aut ignem
vel autem medium horum. Videtur
autem medium magis. Ignis enim
et terra et aer et aqua cum
contrarietatibus complexa
implicata sunt. Unde non
irrationabiliter faciunt continentes
alterum ab istorum. Facientes autem
aliorum quidam aerem pone-
bant. Et aer et aqua quidem
habet aliorum differentias sensibiles. Con-
sequens autem aquam. Sed omnes
unum hoc contrariis figurant,
ut densitate et raritate et in
eo quod magis et minus est.
Haec autem sunt omnino excellentia
et defectus, sicut dictum est prius.
Videtur autem haec antiqua esse
opinio, quod unum et superabun-
dantia et defectus principia
rerum sunt. Sed non eodem mo-
do, sed antiqui duo quidem fa-
cere, unum autem pati; posteriorum
quidam contrarium unum fa-
cere, duo autem pati dicunt magis.
Tria quidem dicere esse ex his et
ex huiusmodi aliquibus in-

dentib; uidetur unu͞ esse quia
dam unu͞ sicut dixi. Opinatur ex
trib; n° amplius est. ad patien
dum n. sufficiens unum est.
Si aut iiij. erunt duo erunt
contrarietates. oportebit se
orsum utrisque inesse alteram
quandam mediam naturam.
Si aut ex alterutris poterint
generare otiosa n. utiq; altera
contrarietatum erit. Simul
aut n. impossibile plures ee contr
rietates primas. substantia n. u
num quoddam genus entis e
est. eius quod est. qui in eo
quod prius et posterius sunt
differunt ad inuicem prin
cipia tantum s; n° genere. sem
per n. in uno genere una
contrarietas est. omnes
n. contrarietates reduci
uidentur in unam. quod
quidem igitur nec sit unu͞ elemen͞
plura duob; ut tribus est ma
nifestum. Hoc aut alterum
quemadmodum diximus dubitationem
habet multam. Sicut n. nos
dicimus primum aggrediemur
de omni eo quod fit. est aut
secundum naturam communia q
dicē p͞mū et sic c͞a unu͞quodq;
p͞p͞ie speculari. Dicimus
n. ex alio fieri aliud et ex alio
alterum aut simplicia di
centes aut composita. dico
aut hoc sic est aliquem hom

fieri musicum. est autem non
musicum album fieri musicu͞
est aut non musicum homine͞ fieri
musicum hominem simpliciter quidem
dico quod fit hominem et non mu
sicum et quod fit simpliciter mu
sicum. compositum aut et quod
fit et factum est cum non musi
cum hominem dicimus fieri aut mu
sicum fieri aut musicum hominem.
Horum aut hoc non solum dicitur
hoc aliquid fieri s; et ex hoc. ut
ex non musico musicum. hoc
aut non dicitur in omnibus. ne
que ex homine factum sit musicum
s; homo factus est musicus. eorum
aut que fiunt sicut simp
plicia dicimus fieri. aliud permanens
nens fit aliud vero non per
manens fit. homo quidem n. per
manens musicus est factus
et est homo. s; non musicum et im
musicum nec simpliciter nec com
positum manet. Determinatis
aut hiis ex omnibus que fiunt
hoc est accipere si aliquis in
tenderit sicut diximus quoniam
oportet subici aliquid quod fit
et quamvis hoc sit unum nume
ro s; specie non unum est.
specie n. et ratione idem dico
n. idem est homini et immusico
esse. et hoc quidem permanet
illud vero non. non oppositum
quidem permanet homo n. per
manet. non musicum aut et immusicum

non permanent. nam ex musico non
compositum. ut ipso non musicum fit
ex aliquo. fieri aliquid et non hoc fieri
aliquid. magis quidem in non perm-
anentibus. ut ex non musico et
musicum fit. ex homine autem non.
et in permanentibus; aliquando
dicitur simpliciter aliquid. Ex ere
et statuam fieri dicimus. non es sta-
tuam. hoc tamen ex opposito et non
permanenti. utrobique dicitur ex
fieri hoc et hoc hoc esse. et namque
ex immusico et immusicum fit
musicum. unde et simpliciter incom-
posito est. ut et enim ex immu-
sico homine et immusicum homo mu-
sicus dicitur fieri. Cum multipli-
citer autem dicatur fieri et horum
quod non fieri sed hoc aliquid
fieri simpliciter. simpliciter autem fieri
substantiis solum est. secundum quidem
alia manifestum est quoniam necesse est
subici aliquid quod fit. et
enim quantum et quale et ad alte-
rum et quando et ubi fiunt in ali-
quo subiecto propter id quod sola
substantia nulla de aliquo dicitur
subiecto. sed alia omnia de substantia.
Quod autem substantie et quecumque
alia cum sint ex subiecto quod
fiant considerandum utique fiet
manifestum. semper enim est aliquid
quod subicitur ex quo fit
quod fit. ut plante et alia
ex semine. Fiunt autem que
fiunt simpliciter alia quidem trans-
figuratione ut statua. alia
vero appositione ut que augmentantur. alia vero subtra-
ctione ut ex lapide mercu-
rius. compositione ut domus. al-
teratione ut que convertuntur
secundum materiam. omnia que
sic fiunt manifestum est quod ex
subiectis fiunt. Quare ex dic-
tis manifestum est quoniam quod
fit semper compositum est. et est
quidem aliquid quod fit. ali-
quid autem est quod hoc fit
et hoc duplex est. aut enim sub-
iectum aut oppositum. dico
autem oppositum quidem non
musicum. subiectum autem hominem
et infigurationem et informa-
tionem et inordinationem dico op-
positum. es autem et lapidem
dico subiectum. Palam igitur sicut
sunt cause et principia eorum
que natura sunt. ex quibus
primis sunt et fiunt non secundum
accidens. sed unumquodque quod dici-
tur secundum substantiam quod fiat
ex subiecto et forma. componitur
enim musicus homo ex homine et mu-
sico quodammodo. resolvet
enim rationem in rationes illorum. manifestum
quod utique fiant que fiunt
ex his. Est autem subiectum unum
quidem numero. specie autem duo.
homo quidem et aurum et mate-
ria omnino numerabilis est. hoc enim
aliquid magis. Secundum vero secundum

actus ex ipso fit quod fit. pri-
vatio autem et contrarietas secundum
alterum est. Una autem species est
ut ordinatio aut musica aut
aliorum aliquod sic predicatorum
eorum. videtur est quidem sic
duo dicenda esse principia. est
autem sicut tria. est sicut contra-
ria ut si aliquis dicat musi-
cum et non musicum aut
calidum et frigidum aut consonans
et inconsonans. est autem sic
non. ab alterutris enim pati con-
traria est impossibile. Solvitur
autem et hoc per id quod aliud
est subiectum. hoc enim contrarium
non est. quare neque plura con-
trariis sunt principia qui-
dam modo. sed duo ut est
dicere numero. neque iterum penitus
duo propter id quod alterum
est esse ipsis sed tria. alterum
enim est homini et non musico esse et in-
figurato et eri. Quot igitur
sunt principia circa generati-
onem phisicorum et quomodo tot dic-
tum est. et ostensum quod
oportet aliquid contrariis subi-
ci et contraria duo esse. sed quo-
dammodo alia non necesse.
sufficiens enim alterum contrario-
rum facere absencia et pre-
sencia mutacionem. Subiec-
ta autem natura scibilis est
secundum analogiam. sicut enim ad
statuam es ad lectum lig-

num aut ad aliquid aliorum habencium
formam materia et informe se habet
prius quam accipiat formam
sic ipsa se habet ad substantiam et hoc
aliquid et quod est. Unum
quidem igitur principium hoc. cum
autem non sit sic, ut hoc aliquid
unum autem est quod est ra-
tio. aut contrarium huic
privacio. Hec autem quomodo duo
et plura dicuntur est in superiori-
bus. primum quidem igitur dictum est
quod principia contraria
tantum duo sunt. posterius
autem quod necesse est et aliud quod-
dam subici et sic esse tria. Ex
hiis autem manifestum est que differencia
contrariorum et quomodo se habent
principia ad invicem et quid
sit subiectum. autem substan-
cia species ut forma nulla sit aut
substancia non dum manifestum est. sed
quod principia tria et quomo-
do et quis modus ipsorum sit, osten-
sum est. quot quidem igitur et que
sunt principia ex hiis considerentur. Quod autem sin-
gulariter sic solvitur et anti-
quorum defectus dicimus post
hec. querentes autem secundum
phisicam primum veritatem
et naturam rerum diverterunt
tur. ut viam quandam a-
liam producentes abiecerunt natu-
re et dicunt neque fieri eorum neque corrum-
pi. propter id quod necesse est fieri quod

fit aut ex eo quod est aut ex
eo quod non est. Si ex hiis
utrisque est impossibile esse. Neque
ex eo quod est fit quietis
est. In ex eo quod non est medi
um sicut luna aut omnia aliquis
et sic consequentium contingit
augmentationes. In esse univer
dum sed tamen id quod est
... g talem accipiebant
opinionem propter ea que dicta
sunt. Hoc autem dividit quod
ex eo quod est et ex eo quod
non est fieri aut quod est
aut quod non est facere
aliquid aut pati. Aut quod
hoc fit uno quidem mo
do nichil differt aut me
dicum aliquid facere aut
pati aut ex medico aliquid
esse aut fieri. Quare cum hec dup
liciter dicuntur. Manifestum est quod ex eo
quod est aut quod non est
aut facere sit aut pati dic
itur quod medicus non est
quod medicus sed secundum quod
edificator. Talibus fit non
inquantum est medicus sed
inquantum est niger. Me
dicare aut et non medicus
fit inquantum est medicus.
Quoniam autem maxime dici
mus medicum facere ali
quid aut pati aut fieri ex
medico si secundum quod me
dicus hoc patiatur aut fi

at. Manifestum est quod ex eo
quod non est si et hoc signi
ficat inquantum non est. Quod
uere illi non depertientes
reliquerunt et propter hanc igno
rantiam tantum ignorauerunt quod
nichil opinati sunt simul
fieri neque esse aliorum sed auferre
omnem generationem. Hoc autem
et ipsi dicimus fieri simpliciter nichil
quidem ex eo quod est simplici
ter. Fieri ex eo quod non est sim
pliciter. Tamen fieri ex eo quod non
est ut secundum accidens. Ex priva
tione quidem fit que per
se non est non ex eo quod
est fit. Mirabile autem et
impossibile videtur aliquid fie
ri ex eo quod non est aut
aut in ex eo quod est. Vero
quod non est dicimus fieri
secundum accidens sic aut et hoc
fit eodem modo. Ut si ex
animali animal fiat et ex quod
dam animal quoddam animal. Ut si canis
ex equo fiat. Fiet utique non
solum ex quodam animali ca
nis sed ex animali. Sed non inquan
tum est animal. Est enim iam hoc.
Si autem aliquid dicitur fieri animal non
secundum accidens non ex animali erit
et si quod est aliquid fit non
ex eo quod est in ex eo quod
non est. Dictum est nobis
quid significet. Quod non
ex eo quod non est dicitur est.

nobis inquantum non est quin
inquantum non est. ¶ Amplius
autem et esse omnino et non esse non in-
monetur. unum quidem genus
modicum hic est. ¶ Nunc autem
contingit eadem dicere secundum
potentiam et actum. hoc autem deter-
minatum magis per ceteram
divisionem materie. quod vero
dubius defectus solvitur ipsas
causas removerunt predictorum
quedam. propter hoc enim mi-
nores deviaverunt viam ge-
nerationis et corruptionis et omnino
mutationis. hec enim utique po-
terit in natura omnem igno-
rantiam ipsorum. hanc igitur ¶ Atti-
gerunt quidem et alteri quidam
sunt ipsam. sed non sufficien-
ter. ¶ Primum enim confitentur
simpliciter fieri ex eo quod non
est inquantum parmenidem
dicere est recte. postea vi-
detur eis si est uno numero et pote-
ntia tantum una esse. hoc differt
plurimum. Nos enim materiam
et privationem alterum esse di-
cimus. sed horum quidem hanc
non esse secundum accidens materi-
am. privationem autem per se
non esse omnino. ¶ Hanc quidem autem
quod non est magnum et
parvum similiter. aut quod
est tamen utrumque. aut secundum
utrumque ipsorum. penitus alter
modus est hic trinitatis.

hic autem et nunc usque ad hoc
pervenerint quod oportet quandam
naturam subiectam. hanc et-
iam unam faciunt. et si aliquis
dualitatem faciat dicens ma-
gnum et parvum. ipsam ni-
chilominus idem faciet. et
alteram enim despexerunt. Subiecta quidem
materia cum forma causa
est eorum que fiunt sicut mater.
altera autem est pars contra-
rietatis multotiens imagi-
nabitur ad maleficium ipsius
protendenti intellectum. ¶ Nequa-
quam esse totaliter omnino. Existente
enim quodam divino et optimo
et appetibili quod quidem con-
trarium ipsi dicimus. est autem
aliud aptum natum appe-
tere et desiderare ipsum secundum
ipsius naturam. ¶ Quibusdam
autem accidit contrarium ap-
petere suum ipsius corruptio-
nem. ¶ Et tamen ipsam secundum se
ipsam impossibile est appetere speciem
propter id quod non est indigens. ne-
que contrarium. corruptiva enim
sunt contraria adinvicem.
Sed hoc est materia sicut si femi-
na masculum et turpe bonum.
Sed quod non per se est tur-
pe. sed per accidens. neque femina
sed secundum accidens. ¶ Corrumpitur
enim et fit. est autem sic et non.
secundum enim quod est in quo
secundum se corrumpitur. quod enim

corrumpitur, in hoc est principio; in quantum autem secundum potenciam non per se, sed incorruptibilem necesse et ingenitam esse ipsam. Neque enim si fuerit generatum, oportet subiacere aliquid ex quo inest. Hoc autem est ipsa materia; quare erit ante fieri. Dico autem materiam primum subiectum unicuique ex quo fit aliquid cum insit non secundum accidens. Et si corrumpitur, in hoc deveniet ultimum; quare corrupta erit ante quam corrumpatur.

De principio autem secundum speciem, utrum unum aut plura et quid aut que sunt, per certitudinem prime philosophie est determinare; quare in illud tempus apponatur.

De physicis autem et corruptibilibus speciebus in posterius demonstrandis dicemus. Quod quidem igitur sunt principia et que et quot sunt, ita determinetur a nobis. Iterum autem aliud principium incipientes dicamus.

Eorum que sunt alia quidem sunt natura, alia vero propter alias causas. Natura quidem sunt animalia et partes ipsorum et plante et simplicia corpora, ut terra, ignis, aer et aqua; hec enim et talia natura esse dicimus. Omnia autem que dicta sunt videntur differencia ad non natura consistencia. Hec quidem enim que natura sunt omnia videntur habere in se ipsis principium motus et status, hec quidem secundum locum, illa vero secundum augmentum et decrementum, quedam autem secundum alteracionem. Lectus autem et vestimentum et si aliquod aliud huiusmodi genus est, secundum quod contigit in predicamento unumquodque esse et inquantum est ab arte, nullum impetum habet mutationis innatum; secundum autem quod accidit ipsis lapideis aut terreis esse aut mixtis ex hiis, habent, et secundum hoc tantum, quod est natura principium alicuius et causa movendi et quiescendi in quo est primum per se et non secundum accidens. Dico autem non secundum accidens, cum fiat utique ipse sibi causa sanitatis, cum sit medicus. Sed tamen non secundum quod sanatur habet medicinam, sed accidit eundem medicum esse et sanari; unde et dividuntur aliquando ab invicem. Similiter autem et aliorum quodlibet que fiunt; nullum enim ipsorum habet principium faciendi in se ipso, sed alia quidem in aliis et ab exterioribus, ut domus et aliorum manu operatorum unumquodque; alia autem in se ipsis, secundum se ipsa

aut non. quecumque secundum accidens
sunt, horum cause ipse est. Quid quidem
natura quod dictum est. ⁋
Naturam autem habent quecumque
huiusmodi principium habent. et sunt hec
omnia principia substantia. sub-
iectum enim quoddam est et in
subiecto natura est semper.
⁋ Secundum autem naturam sunt hec
et secundum ipsa quecumque insunt
hiis. ut igni ferri sur-
sum. hoc enim natura quidem non
est neque naturam habet. secundum naturam
et secundum naturam est. ⁋ Quid
quidem igitur natura sit dictum est
et quid naturale et secundum natu-
ram. ⁋ Si autem est natura temp-
tare monstrare ridiculum est. ma-
nifestum enim quoniam talia sunt multa.
demonstrare autem manifesta per im-
manifesta non est possibile. iudica-
re est per ipsum et non per ipsum
cognitum. ⁋ Quod autem con-
tingit hoc pati non imma-
nifestum est. sillogizabit autem utique ali-
quis cum natus sit cecus de
coloribus. quare necesse est de hiis no-
minibus habere rationem. intelligere autem
nichil. ⁋ Videtur autem et na-
tura et substantia esse eorum que natura
sunt quod primum inest
unicuique. informabile secundum
se ipsum. ut lecti natura lig-
num est. natura autem statue
es. ⁋ Signum autem dicit An-
tiphon. quoniam si aliquis defodiat


deorsum lectum et accipiat po-
tentiam putrescens. quod est utique
fit planta. non utique lectum sed
lignum. tamquam dicat secundum
accidens dispositionem secundum legem et
artem. substantiam autem illam que
permaneat patiens hoc conti-
nue. ⁋ Si autem eorum unumquodque
ad alterum aliquid idem sus-
tinuit hoc ut es quidem et aurum
ad aquam. ossa autem et ligna
ad terram. similiter autem et aliorum
quodlibet illam naturam esse di-
cunt et substantiam ipsorum. ⁋ Unde
sane hii terram alii vero ig-
nem alii aerem dicunt. quidam
vero aquam. quidam vero
quedam horum. alii vero omnia
hec naturam esse eorum que sunt.
quod enim aliquis eorum acceperit
hiis tale unum sive multa hii
totam dicunt esse substantiam.
alia vero omnia passiones eorum
et habitus et dispositiones. ⁋ Et horum
quidem quodlibet esse perpetuum
et non inesse mutationem ipsis ex
se ipsis. alia autem fieri et corrumpi
infinities. Uno quidem igitur modo
natura sic dicitur prima
unicuique subiecta materia hiis
que habent in se ipsis motus princi-
pium et mutationis. ⁋ Alio autem
modo forma et species que est se-
cundum rationem. sicut enim ars dicitur quod
est secundum artem et artificiosum
sic et natura quod secundum naturam

ranatum est in aliud. Adhuc
autem utique dicunt lecti secundum artem
nichil in potentia est lectus non-
dum habet speciem lecti nec est ar-
tem. Neque in hiis que natura
consistunt. potentia autem caro
aut os non habet adhuc suam ipsius
naturam priusquam accipi-
at speciem secundum rationem quam dif-
finientes dicimus quod est caro
aut os. neque natura est. Quare
alio modo erit natura habenti-
um in seipsis motus principi-
um forma et species que non sepa-
rata est. sed aut secundum rationem. quod au-
tem ex hiis quidem natura non
est. sed natura ut homo. Et ma-
gis natura hec est quam materia.
unumquodque enim tunc magis dici-
tur cum endelechia sit quam cum potentia.
Amplius fit homo ex homine
sed non lectulus ex lectulo. unde
et dicunt non figuram esse naturam
sed lignum. quia fiet utique si germi-
net non lectulus sed lignum.
si igitur hec est ars et forma est natura.
fit enim ex homine homo. Amplius autem
videtur natura dicta sicut gene-
ratio est via in naturam. non
enim est quemadmodum medicatio
dicitur non in medicinam vi-
a sed in sanitatem. necesse est
enim a medicina non in medicinam
quod est medicationem. non sic autem
habet se ad naturam natura. sed
quod aptum natum est ex

quodam in quoddam venit
secundum quod innascitur est. quod
igitur innascitur non ex quo sed
in quid. forma igitur natura
est. Sed forma et natura dupliciter
dicitur. et enim privatio quodam
modo species est. Si autem est pri-
vatio et contrarium aliquid
circa simplicem generationem
aut non est posterius con-
siderandum. Quoniam autem deter-
minatum est quot modis dicitur
natura. post hec speculandum
quo differt mathematicus a phisi-
co. et enim plana et firma habent phi-
sica corpora et longitudines et
puncta de quibus intendit
mathematicus. Amplius astrologia
altera aut pars phisice est. Si enim
phisici scire quid sit sol et luna
nullum accidentium autem que
sunt per se nullum nosse
mirum est. Et autem qui di-
cuntur de natura dicere videntur
et de figura solis et lune. utrum
sit spericus terra et mundus
aut non. De hiis igitur ne-
gociatur mathematicus. sed non
in quantum phisici corporis ter-
minus est unumquodque. neque
accidentia speculatur in quantum
talibus accidunt. unde et abs-
trahit. abstracta enim intellectu a
motu sunt et nichil differt
neque fit mendacium abstra-
hentium. Latet autem hoc fa-

latent et circa ydeas dicentes;
physica enim abstrahunt, cum
sint minus abstracta mathe-
ca. Fiet autem hoc utique manifestum
si quis utrorumque temptaverit
dicere terminos, et ipsorum et acci-
dentium. Impar enim et par et
curvum et rectum. Adhuc autem
et numerus et linea et figura sine
motu sunt; caro autem et os et ho-
mo non est, sed et hec sicut nasus
simus et non sicut curvum dicun-
Ostendunt autem et que magis
physica quam mathematica, ut
perspectiva et armonica et
astrologia. E contrario enim quo-
dammodo se habent cum geo-
metria. Geometria enim de
linea physica intendit, sed non
inquantum physica; perspectiva
vero mathematicam quidem line-
am, sed non inquantum mathe-
maticam, sed inquantum est physi-
ca. Quoniam autem natura duplex
est, species et materia, sic utique
de simo intendimus quid sit
sic considerandum est; quare neque
sine materia huiusmodi neque secundum ma-
teriam. Etenim et de hoc dubi-
tabit utique aliquis,
quoniam due nature sunt, de qua
earum est physici, aut de ea
que ex utrisque. Si de utrisque aut
utrumque, utrum eiusdem
aut alterius utramque cog-
noscere est. Intuentibus autem ad

antiquos videbitur utique nature
esse materie (paucam enim quandam
partem Empedocles et Democritus speciem et
quid erat esse tetigerunt). Si
autem ars imitatur naturam,
eiusdem autem scientie est cognoscere
speciem et materiam usque ad ali-
quid, ut medici sanitatem et coleram
et fleumam in quibus est sani-
tas, similiter et edificatoris
considerare speciemque domus
et materiam, quia lateres et ligna
sunt; similiter autem et in aliis,
et physice est cognoscere utrasque
naturas. Adhuc autem cuius
causa fit et finem eiusdem
et quecumque propter hoc sunt; na-
tura autem finis est et cuius causa
fit. Quorum enim continuo motu
existente est aliquis finis, huius mo-
tus hoc ultimum est et cuius
causa fit. Unde poeta deri-
sione apposuit dicere mortem
habet finem cuius causa fac-
tus est; vult enim finem non
omne ultimum esse sed optimum.
Quoniam autem faciunt hee artes
materiam, alie quidem simpliciter,
alie autem operosam, et utimur
tamquam propter nos omnibus que
sunt; sumus enim et quodammodo
finis. Dupliciter enim est id cuius
causa fit; dictum autem est
in his que de prima philosophia.
Due autem artes que sunt princi-
pantes et cognoscentes que



uentur et factiua architectoni
ca. usus uero architectoni
ca quodammodo est. Differ
unt autem secundum quod hec quidem
speciei cuius perceptiua est,
architectonica autem tanquam
factiua materie est. Guberna
tor enim cuius sit species
temonis cognoscit et precipi
t. alius autem ex quo ligno
et quibus motibus erit. Nunc
quidem igitur que secundum artem nos
facimus materiam propter opus.
In physicis autem inest. Amplius eo
que sunt ad aliquid materia
est. alii enim speciei alia ma
teria. Quantum igitur physi
cum oportet cognoscere speciem
et quid est. aut quemadmodum me
dicum neruum et fabrum es
usquequo. cuius enim causa unumquodque
est considerare. circa et circa
hec que sunt separata quidem
specie in materia autem. homo enim ge
nerat hominem ex materia et sol.
Quomodo autem habet separabile
et quid sit prime philosophie opus est.
Determinatis autem hiis considerandum
de causis que et quot numero sunt.
Quoniam enim sciendi gratia hoc nego
cium est. scire autem non opi
namur ante quam sciamus
utique et accipiamus propter quid
unumquodque. hoc autem est
accipere primam causam
manifestum est quod et nobis hoc

faciendum est. et de generatione
et corruptione et de omni
physica mutatione quaten
nus scientes ipsorum principi
a reducere temptemus un
umquodque questorum in
ipsa. Uno quidem igitur modo
causa dicitur ex quo aliquid
fit cum insit. sicut es statue
et argentum phiole et horum genera.
Alio autem modo causa dicitur
species et exemplum et paradig
ma. et hec est ratio ipsius quod
aliquid erat esse et huius ge
nera. ut eius quod est diapa
son duo ad unum et omnino nu
merus et partes que in ratione. Amplius
unde est principium muta
tionis primum aut quietis
ut deliberans causa et pater
filii. et omnino faciens facti et quod
mutatur mutantis. Adhuc
quemadmodum finis. hoc autem
cuius causa fit ut ambulan
di sanitas. propter quid enim ambu
lat dicimus ut sanetur. et dicen
tes sic opinamur assigna
re causam. et quecumque iam
mouente alio media fiunt
ut sanitatis macies aut po
ciones aut purgaciones aut
organa. hec enim omnia genera
finis sunt. Differunt autem
adinuicem quoniam alia sunt o
pera alia autem organa. Sunt
cause quidem igitur fere tot modis

dicuntur. Contingit autem
fere multipliciter dictis causis
et multas eiusdem causas
esse non secundum accidens, ut
statue statuaria et es, non secundum
alterum aliquid sed secundum
quod est statua; sed non eodem
modo, ut hoc quidem ut ma-
teriam, illud vero ut unde
est motus. Sunt autem
et quedam ad invicem cause,
ut dolere est causa bone
habitudinis et hec dolendi causa;
sed non eodem modo, sed hec
quidem sicut finis, illa autem
sicut principium motus. Amplius
contrariorum eadem est cause;
quod enim presens causa huius
est, hanc et absentem causamur
aliquando contrarii, ut ab-
sentiam gubernationis navis
eversionis, cuius erat presen-
tia causa salutis. Omnes autem que nunc
dicte in quatuor incidunt
modos maxime manifestos. Elementa quidem enim sillaba-
rum et materia artificialium et ignis
et huiusmodi corporum et partes totius et
suppositiones conclusionum sicut
ex quo sunt cause
sunt. Horum autem alie quidem
sunt sicut subiectum, ut partes; alie
autem sicut quod quid erat esse,
totum et compositio et
species. Semen autem et medicus et
consiliator et omnino faciens omnes
unde principium mu-

tationis aut motus aut sta-
tus est. Alie autem sicut finis
et bonum aliorum; quod enim cuius
causa fit potissimum erit
et finis aliorum volunt esse. Differt
autem nichil dicere eandem bo-
num et videri bonum. Cause
quidem igitur hee et tot sunt spe-
cie. Modi autem causarum numero sunt
multi, capitales autem duo et hii
minores. Dicuntur autem multi-
pliciter causarum et earum que eiusdem speciei
prius et posterius alterum alterius,
ut sanitatis medicus et ar-
tifex, et dyapason duplum et
numerus, et semper continentia
ad unumquodque. Amplius autem
ut accidens et horum genera,
ut statue aliter Policletus et
aliter statuarius, quia accidit
statuario Policletum esse. Et continentia
accidens, ut si homo causa sta-
tue aut totaliter animal. Sunt autem
accidentium alia aliis
longius et magis propinqua, ut
si albus et musicus causa di-
catur statue. Preter omnes autem
et proprie dictas et secundum accidens,
alie autem sicut potentes di-
cuntur, alie vero sicut opera-
tes dicuntur, ut edificandi
domum edificator aut edificans.
Similiter autem dicentur et in quibus cause
sunt causa et in hiis que dicta
sunt, ut huius statue igitur

statue. aut totius ut magni-
tudinis in quantum eius aut
totius materiei et materialibus
similiter etc. Amplius autem
et hec et ille complexe dicuntur
ut non Policletum neque
statuam facientem sed Policle-
tum statuam facientem. Sed
tamen omnes sunt hee numero
sex dicte autem dupliciter sunt. aut enim sicut sin-
gularia aut sicut genus
aut sicut accidens aut sicut ge-
nus accidentis. aut sicut
complexa. Hec autem sic sim-
pliciter dicte. omnes autem aut op-
erantes aut secundum potentiam.
Differunt autem in tantum quod
operantes et singulares simul
sunt et non sunt et quorum illi
quorum sunt cause. sicut hic
medicans cum eo qui sanatur
et hic edificator cum edifi-
cato. que autem sunt secundum
potentiam non semper.
corrumpitur enim non simul
domus et edificator. Oportet
autem unumquodque causam summam
querere semper sicut et in a-
liis. ut homo edificat quia edi-
ficator est. edificator autem
est secundum edificativam. hec ergo
prima causa est et sic in omni-
bus. Amplius autem alie sunt
genera generum. alie autem
singularia singularium. ut

statue statuam quidem faci-
ens. hic autem hanc statuam. Sta-
tue. Hec potencia quidem
potentium. operantes autem
ad operata. Quot igitur sunt cause
et quo modo cause sunt nobis de-
terminatum est sufficienter.
Dicitur autem et fortuna et ca-
sus causarum et multa dicuntur
fieri et esse propter fortunam
et propter casum. quo igitur modo in
hiis causis fortuna et casus
sunt. et utrum eadem fortu-
na et casus aut altera. et omnino
quid sit casus et fortuna
considerandum est. Qui-
continere et determinare. Secundum
rationem autem accidit et quod est secundum
appositionem non esse videri infinitum
sic quod omnem ex-
cellat magnitudinem, in
divisione autem esse videtur. Con-
tinetur autem sicut materia in-
tus infinitum, continet autem
species. Rationabiliter autem
est in numero quidem in minimo esse
in minimum terminum, in plus autem
excellere omnem multitudinem,
in magnitudinibus autem
contrarium est: in minimum
quidem excellere omnem, in plus
autem non esse magnitudinem. Causa autem
excellit omnem magnitudinem,
sed in plus non esse magni-
tudinem infinitam. Causa autem
est quod unum est indivisi-
bile, cum sit unum, unum
sit, ut homo unus homo et non
multi. Numerus autem unum plura et
quanta quedam. Quare necesse est
stare in indivisibili. Duo enim
et tria denominativa nomina sunt,
similiter autem et aliorum numerorum
unumquodque. In plus autem
semper intelligere est; infinite enim
sunt dichotomie magni-
tudinis. Quare potentia quidem est, actu
vero non est. Sed semper excel-
lit acceptum omnem determina-
tam multitudinem. Sed non
separatus est hic numerus a dicoto-
mia, neque manet infinitas, sed
fit sicut et tempus et numerus temporis. In
magnitudinibus autem contrarium

est. dividitur enim in infinita con-
tinuum. In magnitudine autem non est
infinitum. quantitatum enim con-
tingit posse esse et actu contin-
git tantum esse. quare cum nulla est
infinita magnitudo sensibi-
lis non contingit omnem ex-
cellenciam esse definite in
magnitudinis. esset enim utique a-
liquid celo maius. Infinitum
autem non est idem in motu et
in magnitudine et tempore tanquam
una quedam natura. sed
posterius dicitur et prius. ut
motus quidem quia prior est mag-
nitudo in qua movetur et
alteratur aut augmenta-
tur. tempus vero propter motum. nunc quidem
utimur sic. posterius autem
temptabimus dicere et quid est
unumquodque. et propter quid omnis
magnitudo sit in magni-
tudines divisibilis. Non
removet autem ratio mathematicos a
consideratione auferens sic
esse aliquid infinitum quod in
actu sit in augmentum
intransibile. non enim sic indi-
gent infinito in utuntur.
sed solum esse quantumcumque volunt
finitum. magnitudinem autem est magni-
tudinem eandem est secari quo-
niam quantamcumque magnitu-
do sit alteram. quare ad demonstran-
dum quidem nichil inclinat differt
esse autem in existentibus erit mag-

nitudinibus. Quoniam autem cause
divise sunt quadrupliciter, mani-
festum est quod sic materia
infinitum est causa. et quod
esse quidem ipsius privatio est
per se autem subiectum continuum
divisibile est et sensibile. Vi-
dentur autem et omnes alii sic in-
utentes infinito. unde et incon-
veniens est continens facere ip-
sum non contentum. Reliquum
autem aggredi est secundum quas ratio-
nes infinitum esse videtur non
solum potentia sed sicut de-
terminatum est. alia enim quidem
ipsorum non necessaria est sunt. alia
autem quasdam habent veritatis con-
trarietates. Neque enim ut gene-
ratio non deficiat necessarium in-
finitum esse corpus sensibile
actu. contingit enim alterius
corruptionem alterius generationem
esse cum omne finitum sit. Amplius
tangere et includere alterum est.
hoc enim quidem ad aliquid et
alicuius est. tangere enim omne a-
liquid et finitorum alicui contin-
git. finitum autem non ad aliquid
est. nec tangere tangenti con-
tingens est. Intelligere autem cre-
dere inconveniens. non enim in
re habundancia et defectus est
sed in intelligencia. unumquodque enim
rerum intelligit aliquis multipli-
catum in seipso augmentantem
in infinitum. sed non propter hoc extra

mutuam aliquid est. aut esse
continuitatem magnitudinem
sunt quam prestet aliquam. si-
cut hoc est. hoc autem acti-
tus autem et motus infinita sunt
infinita non permanente ac-
cepto. magnitudo vero neque
divisione in infinitum neque in
augmentatione est infinita.
Sed de infinito quomodo est et quomodo non
est et quid dictum est.

Similiter autem
esse necesse phy-
sicum et de lo-
co sicut de
infinito cog-
noscere si
aut non et quomodo est aut quid
est. Omnes enim que sunt esse
opinantur esse alicubi. quod vero
non est nusquam esse. ubi
enim est tragelaphus aut spin-
gx. Et de motu quod qui-
dem communis est maxime et ma-
xime proprius secundum locum quem
vocamus loci mutationem.
Habet autem multas dubitationes quid
forte sit locus. non enim idem
videtur considerantibus ex
omnibus que sunt. Amplius
neque habemus ab aliis nichil
neque ante quesitum neque dubitatum
existimatum est in ipso de hoc.
Quod quidem igitur locus sit vi-
detur manifestum ex transmutati-
one. ubi namque est nunc aqua

hinc exeunte sicut ex vase
rursum aer inest. Aliquando autem
eundem locum habet aliud
aliud corporum continet hoc.
ab alio autem que fiunt et mu-
tantur alterum omnibus esse
videtur. In quo enim aer est
nunc aqua in hoc prius erat
quare manifestum est quod erat lo-
cus aliquid et receptaculum
alterum ab utrisque in quod
et ex quo mutatum est. Ad-
huc autem loci mutationes
physicorum corporum et simplicium
ut ignis et terre et talium non
solum ostendunt quod a-
liquid est locus, sed quia et ha-
bet quandam potentiam locus. fer-
tur enim unumquodque in suum
locum non prohibitum. hoc
quidem sursum. illud vero de-
orsum. Hee autem loci partes
et species sursum et deorsum et
relique sex distantiarum. Sunt
autem hec non solum ad
nos. et dextrum et sinistrum
cum et sursum et deorsum. Nobis
enim non semper idem
sed secundum positionem ut convertamur
fit. unde idem multo-
ciens dextrum et sinistrum
sursum et deorsum et ante
et retro. In natura autem deter-
minatum est seorsum unumquod-
que. Non enim quodcumque contingit
sursum est. sed ubi fertur

ignis et leve. sursum autem et deorsum
non quia contingit sed in ip-
sa natura differunt. sed ter-
tia sunt non tantum quia posi-
tione solum sed potentia.
Ostendunt autem et mathematica
cum non sunt in loco. tamen se-
cundum positionem nobis habent dextra et
sinistra. quare solum est intel-
ligere positionem ipsorum non in natura ha-
bentium unumquodque horum.
Amplius vacuum asserentes
esse locum dicunt. vacuum enim
locus erit privatus corpore.
quod quidem igitur est aliquid lo-
cus preter corpora et omne corpus
sensibile in loco per hoc ali-
quis accipiat. Videbitur autem et He-
siodus recte dicere primum
faciens chaos. dicit igitur om-
nium primum chaos esse fac-
tum. sed postea terram lata-
tam quia indiget primum re-
ceptaculum esse hiis que sunt
propter id quod opinatur sicut
alii multi. omnia utique
esse in loco. Si autem hoc est mi-
rabilis utique potentia loci et prima
omnium dimensionum et prima
omnibus. sine quo enim nullum
est aliorum. illud autem sine aliis
est necesse primum. non enim perdi-
tur locus hiis que sunt in
eo corruptis. At vero scire
hoc difficile scire quid est utrum
est pondus quiddam corporis

aut quedam altera natura.
querendum enim est genus ipsius
primum. Distantias quidem
habet tres longitudinem latitu-
dinem et profunditatem quibus de-
terminatur corpus omne. Impossibile
autem corpus esse locum. in eodem
enim utique duo essent corpora. Am-
plius si quidem est corporis lo-
cus et receptaculum manifestum est
quod superficiei et reliquorum
terminorum. eadem enim ratio congruet.
ubi enim erant prius aque
planicies erunt iterum que se-
cundum aeris. At vero differentiam nul-
lam habemus puncti et loci
puncti. quare si neque huius est
locus alterum nec aliorum nul-
lius. neque est aliquid preter unum-
quodque eorum locus. Quid enim
forte ponemus esse locum.
neque enim elementum neque ex elementis esse
possunt habentem talem naturam
neque ex incorporeis neque ex cor-
poreis. magnitudinem enim habet
corpus autem nullum est locus
sunt autem sensibilium quidem
corporum elementa corpora. ex intel-
ligibilibus autem nulla fit magni-
tudo. Amplius autem et alicuius
utique aliquis ponet nullius quidem
sunt tantum esse locum. in nul-
la causa inest esse ipsi de hiis.
neque sic ut materia est eorum que
sunt. neque ex ipso constituitur
est neque sic species et finis videtur

neque sicut finis. neque movet
que sunt. Amplius autem et ipse si
est aliquid horum que sunt ubi
erit. Zenonis enim dubitatio
querit quandam rationem. si enim
omne quod est in loco est. palam
quod et loci locus erit
et hoc in infinitum procedet.
Amplius si sicut omne corpus in loco
est. sic et in omni loco corpus
quomodo igitur dicimus de hiis que
augmentantur. necesse est enim
ex hiis locum augmentari
cum ipso. si neque minor neque
maior locus est uniuscuiusque. Propter
hec quidem igitur non solum quid est
sed et si est dubitare necesse est.
Quoniam autem aliud secundum se, aliud
secundum aliud dicitur. et locus
alius quidem est communis in quo
omnia corpora sunt. alius autem
proprius in quo primo. Di-
co autem quemadmodum tu nunc in
celo es quia in aere et in aere
quia in terra. Similiter autem et in
hac quia in loco hoc qui con-
tinet nihil plus quam te.
Si igitur et locus primum continens
uniuscuiusque corporum est quid-
dam utique erit. quare videtur species et
forma uniuscuiusque locus esse
quo determinatur magnitu-
do et materia magnitudinis. hic
enim est uniuscuiusque terminus. Sic quidem
igitur considerantibus locus uniuscuiusque
species est. Secundum autem

quod videtur locus esse distan-
tia magnitudinis materia.
hec namque altera a magnitu-
dine. hec autem est contenta
sub specie et sub determinata sicut sub
plano et termino. est autem huiusmodi mate-
ria et infinitum. cum enim auferun-
tur termini et passiones spere re-
linquitur nihil preter materiam.
Unde et Plato materiam et locum
idem esse dicit in Thymeo. re-
ceptibile enim et locum unum et idem
esse et unum. Alio vero modo
ibique dicens receptibile et in dic-
tis non inscriptis dogmati-
bus et in hiis que scripta sunt
locum et receptibile id-
em esse dicit. dicit quidem omnes
locum esse aliquid. quid autem est
hic solus conatus est dicere.
Merito autem ex hiis intenden-
tibus utique videtur difficile esse
cognoscere quid est locus
si vere horum quodlibet est sive
materia sive species. aliter enim excel-
lentissimam habet speculationem et se-
orsum ab invicem non facile est ipsum
cognoscere. At vero quod im-
possibile sit quodlibet horum esse locum
non difficile est videre. species
enim et materia non separantur a
re. locum autem contingit.
in quo namque erat aer. in hoc iterum
aqua sicut diximus fit et
transmutantibus ad invicem aere
et terra et aliis corporibus simi-



qe iii part iii titul

quare neque pars neque habitus, sed sepa-
rabilis est locus ab unoquoque.
Videtur autem locus aliquid esse lo-
cus ut vas; est enim vas locus
transmutabilis; vas autem nihil
eius est rei. Secundum quidem igitur quod
separabilis est a re, hac quidem
non est species; secundum autem quod
continet, sic utique altera a materia.
Videtur autem semper quod
alicubi est ipsum aliquid esse
et alterum aliquid extra unum-
quodque ab eo. Platoni quidem dicendum est,
si oportet digredientes dicere, qua-
re non in loco species et numeri, si-
quidem participativum est locus,
sive magnitudinis et parvita-
tis participativum est, sive ma-
teria, sicut in Timaeo scripsit. Am-
plius quomodo ferretur in locum
et si locus esset materia aut
species? Impossibile enim est cuius non
motus neque sursum aut deor-
sum locum esse. Quare quaerendum
in huiusmodi locus est. Si autem in se
ipso locus est, oportet enim, si aut m(ateria)
aut forma est, esse locum in
loco. Transmutantur enim simul
cum re et cum moventur
et species et infinitum, non semper
in eodem loco, sed ubi utique
erit; quare loci erit locus. Am-
plius autem cum ex aere aqua
fiat, perditus est locus; non
enim in eodem loco fit corpus.
Quae igitur corruptio ex quibus

quare necessarium est esse aliquid locum
et talem quibus dubitabit utique
aliquis de substantia ipsius, ut dictum
est. Post haec autem accipien-
dum quot modis aliud in
alio dicitur. Uno quidem modo
sicut digitus in manu et omnino
pars in toto est. Alio vero
sicut totum in partibus; non enim
praeter partes est totum. Alio
modo sicut homo in animali et omnino species
in genere. Alio vero sicut genus
in specie, et omnino pars speciei in speci-
ei ratione. Adhuc sicut sanitas in calidis
et frigidis et omnino species in materia.
Adhuc in rege quae sunt grae-
corum, et omnino motivum in primo
motivo. Amplius sicut in optimo
et omnino in fine; hoc autem est cuius
causa fit. Omnium autem maxi-
me proprium est sicut in vase
et omnino in loco. Dubitabit utique
autem aliquis utrum unum
et idem aliquid in seipso con-
tingit esse aut nihil, sed omnia
aut nusquam aut in alio
esse. Dupliciter autem hoc est, aut
secundum se aut secundum alterum.
Cum enim sint quaedam partes
totius et hoc in quo et illud in
hoc, totum dicetur in seipso.
Dicitur enim secundum partes, ut albus
quia superficies alba, et scien-
tia quia rationale. Amphora
vero quidem non erit in seipsa neque
vinum; vini autem amphora



cessarium quod est et in quo est
utrumque, eadem partes sunt. Secundum
quod quidem igitur contingit aliquid
in se ipso esse primum, non
contingit, sicut album in corpore,
superficies enim in corpore; et sciencia
autem in anima; secundum hec autem
appellaciones cum partes
sunt sicut in homine. Amphora
autem et vinum cum separatim
quidem sint non partes sunt;
simul autem cum partes sint
erit idem in se ipso, ut album
in homine quia in corpore et in
hoc quia in superficie; in hac autem iam
non amplius secundum aliud.
Et altera specie hec sunt et alteram
naturam habet unumquodque
et hoc quidem superficies et album.
Neque igitur inducentibus considerantibus
videmus in se ipso in idem
secundum nullum determinatorum.
Et racione manifestum quia impossibile
est. Oportet enim utrumque inesse
ut amphoram et vas et vinum
vinum esse et vinum et am
phoram si vere contingit
ipsum in se ipso esse, quare si que
maxime in alterutrum essent, am
phora quidem recipiet vinum
non secundum quod ipsa vinum
est sed in quantum illud est
vinum, et vinum erit in am
phora non in quantum am
phora ipsum est sed in quantum
amphora illa est. Secundum quod

igitur esse quod alterum sit manifestum
est, sed secundum quod illa amphora
ipsius est, alia enim ratio est
eius quod est in quo et alia
illius quod est in hoc. Sed
neque per accidens conti
git: simul enim duo corpora
erunt in eodem; ipsa enim am
phora in se ipsa erit, si cuius
natura receptiva est hoc
contingit in se ipso esse, et ad
huc illud cuius receptiva est,
ut si vini, vinum. Quod quidem
impossibile sit in ipso aliquid esse
primo manifestum est. Quod autem
Zeno opponebat quod si lo
cus est aliquid in aliquo erit,
solvere non difficile est. Ni
chil enim prohibet in alio quidem
esse locum primo, non tamen ut il
lo sicut in loco, sed sicut sani
tas in calidis ut habitus,
calor autem sicut passio est. Quare
non necesse est in infinitum abire.
Illud autem manifestum est quoniam, quoniam
est vas nichil eius quod est in ipso,
alterum enim primo quod est
et in quo est, non erit utique
materia neque species locus, sed al
terum. Illius enim aliquid hoc
utique et materia et forma
eius quod sunt opposita. Aliud
autem forte sic locus hic fiet
utique manifestum. Accipiamus enim
de illo quecumque videntur
vere secundum ipsum inesse ipsi. Dig-

unumquodque locum esse primum in quo
continetur illud cuius locus
et nichil rei esse. Amplius primum
neque minorem neque maiorem. Amplius ad-
huc esse. Adhuc autem derelin-
quere unumquodque et separabilem
esse. Adhuc autem omnem locum
habere sursum et deorsum et ferri
natura et manere in propriis
locis unumquodque corporum.
Adhuc autem utrique deficere
unicuique et separabilem esse.
hoc autem facere aut sursum
aut deorsum. Suppositis autem
hiis reliqua consideranda sunt.
Oportet autem temptare inten-
tionem sic est ut quid sit redda-
tur et quecumque opposita solvan-
tur et que insunt loco insint.
Et amplius dubitationis causa et opposi-
tionis esse ipsum erunt manifesta; sic
enim pulcherrime demonstratur
unumquodque. Primum quidem igitur
oportet intelligere quod non quere-
retur locus nisi motus aliquis
esset secundum locum. Propter hoc et
celum maxime opinantur in
loco quia semper est in mo-
tu. Huius autem aliud quidem est
loci mutatio, aliud autem in
augmentum et detrimentum;
etenim in augmento et decre-
mento transmutatur, et quod
prius erat hic iterum trans-
mutatum est in minus vel
in maius. Est autem quod
movetur aliud quidem per se
ipsum actu, aliud vero secundum
accidens. Eius autem quod secundum
accidens est, alia quidem sunt
contingentia moveri per
se ut partes corporis et in navi
ut clavus; alia vero non
contingentia sed semper secundum
accidens, ut albedo et scientia; hec
enim sic transmutant locum
quia in quo sunt transmu-
tatum est. Quoniam autem dicimus
esse sicut in vase in celo quia
in aere, hic autem in celo est
aut in aere quidem autem
non omni, sed propter ultimum ipsius
et continens in aere esse dicimus;
si enim omnis aer locus, non eq-
ualis erit unusquisque locus et un-
umquodque. Videtur utique hic primum
ut hoc quod est. Cum quid-
em non divisum sit continens
sed continuum, non sic ut in loco
est in illo, sed sicut pars in to-
to. Cum vero divisum sit
et contactum, in primo qui-
dem ultimo est continentis,
quod neque pars est ipsius quod in eo est
neque maius dimensione,
sed equale; in eodem enim ultima
contingentium. Et cum conti-
nuum sit, non in illo movetur
sed cum illo; divisum autem in
illo. Et sive moveatur con-
tinens sive non, nichil minus.
Amplius cum non divisum sit

sicut pars in toto divisibili ut
in vase vinum et in corpore manus.
cum autem divisum
est, ut in loco est aqua et in
cipho vinum. manifestum quidem
et cum corpore movetur.
aqua autem in vase. Iam igitur
manifestum est ex his quid est locus.
Fere autem iiii sunt quorum ne-
cesse est aliquid esse locum.
aut enim forma aut materia
est aut spacium aliquod
in medio extremorum aut
extrema. si non est nullum
spacium extra factum corporis
magnitudinem. Horum autem
quod tria non contingit esse
manifestum est. Sed propter id quod
quod continet videtur forma
esse. in eodem enim sunt extre-
ma et continentis et conten-
ti. Sunt autem utraque termini sed
non eiusdem. sed species quidem
rei, locus autem corporis con-
tinentis. Sed eo quod mu-
tatur multotiens manen-
te continente contentum
et divisum ut ex vase aqua,
ipsum medium videtur esse
tamquam aliquod spacium
tamquam sit aliquid preter corpus
quod distat. hoc autem non est
sed contingens incidit corpo-
rum que distant et que con-
tingere apta nata sunt. Si
aliquod autem esset natura

manens natura ipso infinita esse-
nt loci in eodem. Transmutatis enim
aere et aqua idem facient
partes omnes in toto quod
nunc omnis aqua in vase.
Simul autem et locus erit transmu-
tatus. quare erit loci alius
locus et multi loci simul e-
runt. Non est autem alius locus
partis in quo movetur cum
totum vas transmutatur
sed idem est. in quo enim trans-
mutatur aer et aqua aut
partes aque sed non in quo
fiunt loco, pars loci est qui
est locus totius celi. Et materia
autem videtur utique esse locus
si in quiescente aliquid con-
sideretur et non separato sed
continuato. sicut enim si alteratur
quid hoc quod nunc
album olim quod nigrum
et nunc quod durum olim quod
molle. unde dicimus aliquid
quid esse materiam sic locus
per huiusmodi quandam videtur
esse fantasiam. sed illud quod
erat aer hoc nunc aqua est. locus
autem quia ubi erat aer ibi
nunc est aqua. Sed materia
quidem sicut nunc dictum est in
prioribus neque divisa est neque
continet rem. locus autem u-
traque. Si igitur nichil trium locus
est, neque species neque materia neque
spacium sed semper alterum aliud

ipsum id quod semper est rei di-
stancia. preter est locum esse
reliquum in continenti cor-
pore. dico autem contentum
corpus quod movetur secundum
loci mutationem. Videtur
autem aliquid esse magnum
et difficile accipere quid sit
locus. et propter hoc quod appa-
ret quod materia et forma
esse videtur. et propter hoc in manen-
te et continenti fit trans-
mutacio eius quod fertur
contingere videtur esse spaci-
um aliquod medium aliud
a motis magnitudinibus.
Confert autem aliquid et aer ap-
parens aliquid incorporeum
esse. videtur enim non solum va-
sis termini esse locus. sed et medium esse
tanquam vacuum. Est autem
locus sic vas transmutabile.
vas autem sicut locus immo-
bile. unde cum quod movetur
in eo quod movetur et mu-
tatur infra. ut in flumine
navis tanquam vase utitur
magis quam in loco
continenti. vult autem immo-
bile locus esse. unde omnis flu-
minis locus est quod omne flu-
minis immobile est. sic enim con-
tinentis est immobile primum.
hic locus est. Et propter hoc medi-
um celi et ultimum ad nos
circulari loco mutacionis

videtur esse. hoc quidem sursum
illud vero deorsum. maxime
omnibus: quare quia hoc quidem
semper manet. circulo autem
ultimum semper sibi se simul
manet. quoniam quod leve est sur-
sum quod fertur natura.
quod vero grave deorsum.
quod quidem est ad medium
continens terminus deorsum est ip-
sum medium. quod vero ad
ipsum ultimum sursum est et
ipsum ultimum. et propter hoc vi-
detur planum esse et sicut vas
locus et continens. Amplius autem
et quodammodo simul est loco
simul enim fines sunt et locus.
Cui quidem igitur est aliquod
extra ipsum hoc in loco est.
cui vero non, non. Unde et si
aliqua fiet sic partes quidem
movebuntur ipsius. conti-
nentur enim sibi invicem. omne
autem est quod tanquam mo-
vebitur. est autem tanquam non
sicut enim totum simul locus
non mutatur. circulariter
autem movetur. partium enim
hic locus est et sursum quidem
et deorsum non. circulo autem
quedam. alia vero et deorsum
et sursum quiescunt. habentem den-
sitatem et raritatem. Sicut
autem dictum est alia sunt in
loco secundum potentiam alia vero secundum
actum. unde cum quoddam

continuum sit quod est illius
partis secundum ipsum partes in
loco. cum vero sint separa-
ta et tangunt autem se-
sic collectio secundum actum ce-
lia quidem per se sunt ut
omne corpus aut secundum lo-
ci mutationem aut augmen-
tum alicubi mobile per se.
celum autem sic dictum est non
alicubi totum neque in quodam
loco siquidem nullum corpus ip-
sum continet. sub quo autem
movetur sic et locus inest par-
tibus alteram enim alteri conti-
nentium est ut in anulo. alia
vero secundum actus sic alia et
celum. partes enim in loco que-
dammodo sunt omnes. unde
et quod circulariter hec sub
continet alia aliam. unde et
movetur circulariter solum
quod sursum est. omne autem
non alicubi. quod enim alicubi
est est ipsum aliquid est et
adhuc aliud aliquid esse
extra hoc in quo est quod con-
tinet. esse autem esse et totum
nichil extra est. propter hoc omnia
in celo sunt. celum enim quod
esse est totum fortassis. est autem
locus non celum sed celi quod-
dam ultimum et tangens
mobile corporis extremum qui-
escens. et propter hoc terra quidem
in aqua. hec autem in aere.

hic autem in ethere et hoc vero
in celo. celum autem non omne
in alio est. Castum est autem
ex hiis que dicuntur omnes
solvuntur sic. unum dicto loco
in simul augmentari neque
est locum sive punctum esse loci
cum duo corpora in eodem loco
nec spatium medium esse cor-
poreum. corpus enim quod medi-
um loci contingens est. si non
spatium corporis. Et est
locus alicubi non sic in loco
aut si sic ut infinito. non sed
omne quod est in loco est
sed mobile corpus. Fertur
ad suum ipsius locum unum-
quodque rationabiliter. cum enim con-
sequenter est et quod tangit
non in proximum est simul
quod apta nata impassibi-
lia sunt. que vero tangunt
passiva et activa ad invicem.
Et manet secundum naturam omne
in proprio loco rationabiliter. et e-
nim hec pars in toto loco
est divisibilis pars ad totum
est sicut cum aliquis aque
moveat partem aut aeris
quod sic autem aer se habet ad
aquam ut materia. hic autem
ut species. aqua quidem est ma-
teria aeris. aer autem ut actus qui-
dam illius atque. aqua enim potentia
est aer. aer autem potentia est aqua
alio autem modo determinandum de hiis

est posterius. Si ipsi ipsius natura videtur que esse. Moveri autem nunc dictum tunc erit certius. Si quidem igitur materia et actus, aqua et utus; et hoc quidem potentia, illud vero actu est, sic et se invicem sicut pars quodammodo ad totum. Unde et in his tactus inest; aptitudo autem inest cum utraque unum fiant actu. Et de loco quidem quid est et quid est dictum est.

Eodem autem modo accipiendum est physici esse considerare de vacuo, si est aut non est, et quomodo est et quid est, sicut de loco. Et namque similem habet incredulitatem et fidem propter ea que opinantur. Velut enim locum quendam et vas vacuum apponunt dicentes.

Videtur autem esse plenum quidem cum habet molem cuius susceptivum est, cum autem privatum est, vacuum, tamquam quidem idem sit vacuum et plenum et locum, esse autem non idem ipsis. Incipere autem oportet abinde considerationem accipientes que dicunt affirmantes esse, et iterum que dicunt non affirmantes esse, et tertio communes opiniones de ipsis.

Qui quidem igitur temptantes monstrare quia non est, non quod volunt homines dicere vacuum hoc reprobant, sed peccantes dicunt sic Anaxagoras, sed non eodem modo arguentes demonstrant enim quod aliquid est aer vexantes utres et demonstrant quod fortis est aer et accipientes in clepsedris. Homines autem volunt vacuum esse spacium in quo nullum corpus sensibile est. Opinantes autem quod est omne corpus esse dicunt in quo nihil est, hoc esse vacuum; unde plenum aere vacuum esse.

Sed non oportet demonstrare quod aliquid sit aer, sed quod non est spacium alterum a corporibus, neque separabile neque quod sit actu, quod utique recipiat omne corpus, et quod sit omne corpus non continuum, sicut dicit Democritus et Leucippus et alii multi physiologorum, aut si aliquid extra corpus omne est cum sit continuum. Isti quidem igitur non secundum portam occurrunt ad problema.

Sed affirmantes esse magis dicunt et unum quidem quod motus secundum locum non est; hoc est autem loci mutatio aut augmentum. Non enim videbitur utique motus esse nisi sit vacuum; plenum enim non esse possibile recipere. Si hoc recipiat, et erunt duo corpora in eodem, contingetque infinita simul esse corpora. Differentiam enim propter quam non utique erit quod dictum est non est inferre. Si autem hoc contingeret et pusillimum

accipere, maximum. mutata namque parva magna aut esse. si magna inequalia contingit inesse esse et multa inequalia. Convenit enim quod dicimus quod esse sit immobile. ex hiis enim si moveatur necesse est esse ut dicunt vacuum. vacuum autem non corporum que sunt. Quodam quidem modo ex hiis demonstrat quod aliquid est vacuum. Alio autem modo quoniam videntur et coarctata et collata. ut vinum dicunt recipere cum utribus dolia tamquam intra ea que sunt vacua coeunte denso corpore. Amplius autem et augmentum videtur omnibus esse per vacuum. alimentum quidem corpus enim. duo autem corpora impossibile est simul esse. Testimonium autem et quod est de cinere faciunt. que recipit tantum aque quantum vas vacuum. esse autem aiebant et pitagorici et ingredi ipsum a celo ex infinito spiritu tamquam respirante et hoc esse vacuum quod determinat naturas rerum tamquam sit vacuum separatio quedam eorum que sunt consequenter et determinatio et hoc esse primum in numeris. vacuum enim dicunt naturam ipsorum determinare. Ex quibus quidem alii quidem dicunt esse alii vero non

dicunt esse fere tot et tales sunt. Ad quidem autem se habet oportet dicere quid significat nomen. Videtur iam vacuum locus esse in quo nichil sit. Huius autem causa est quia quod est opinantur corpus esse. omne autem corpus in loco. vacuum autem in quo loco nullum corpus est. quare si alicubi non est corpus nichil esse ibi. Corpus autem iterum opinantur omne quod tangibile est. huiusmodi autem est quod habet gravitatem aut levitatem. Accidit igitur ex sillogismo hoc esse vacuum in quo nullum grave sit aut leve. hoc quidem igitur sicut prius diximus ex sillogismo accidit. Inconveniens autem est si punctum vacuum sit. oportet enim locum esse in quo loco corporis sit spatium ad tangitur. Sic igitur videtur dici vacuum uno quidem modo non plenum sensibili corpore secundum tactum. sensibile autem secundum tactum est quod gravitatem vel levitatem habet. Unde et si dubitaverit aliquis quid utique dicet si habet hoc spatium colorem aut sonum utrum vacuum aut non. Aut manifestum est si quid accipiet corpus quod tangibile vacuum erit si vero non. Alio autem modo non in quo non hoc aliquid est neque substantia aliqua

corporea. Unde dicunt quidam
vacuum esse corporis materiam
quod et locum idem. hoc di-
centes non bene. materia enim non
est separabilis a rebus. vacuum
autem querunt sicut separabile.
Quoniam autem determinatum est de
loco et vacuum locum necesse
est esse si est privatum corpore.
locus autem quomodo est et quomodo non
dictum est. manifestum est quod
dicitur sic quidem vacuum neque sep-
aratum neque inseparabile vacuum.
quod non corpus sed corporis spaci-
um volunt esse. Unde et vacu-
um videtur aliquid esse quia
et locus. et propter hoc quod ac-
ceptum est locus. convenit
et motus qui est secundum locum.
Et locum dicentibus aliud
esse preter corpora incidentia.
Et hic quidem vacuum. causam au-
tem motus opinantur esse vacuum sic-
ut in quo movetur. hoc autem
erit quale dicunt locum esse qui-
dam. Necessitas nulla autem moti-
bus si motus est esse et vacuum.
Omnino quidem igitur omnis motio ne-
quaquam. quare et Melissum latuit.
alterari enim contingit
plenum. Sed nec eum qui loci
motum. simul enim subin-
gredi contingit ad invicem
et si nullum spacium est separatum
quod sit preter corpora mo-
ta. et hoc manifestum est in conti-
nuorum revolutionibus sicut in a-
liis que sunt in humidorum. Con-
tingit autem et condensari non
in vacuum sed expelli quod est
que intus sunt elabuntur. ut
aqua collecta aere cum infest.
Et augeri non solum ingredien-
te aliquo sed et alteratione. ut
ut si ex aqua fiat aer. Omnino
autem et tunc de augmento et
incinere diffuse aque ipsa
seipsam impedit. aut enim non
augetur quodlibet. aut non in cor-
pore. aut contingit duo cor-
pora in eodem esse. dubitationem igitur com-
munem volunt solvere. sed non
vacuum demonstrant sicut est.
aut omne esse corpus vacuum
aut si per omne augetur augetur
per vacuum. Eadem autem ratio
cinere. quod quidem igitur ex qui-
bus demonstrant vacuum facil-
le solvere sit manifestum est. Quoniam
non est vacuum sic divisum
sicut quidam dicunt dicemus ite-
rum. Si enim unicuique locomoti-
o aliqua simplicium cor-
porum natura est. ut igni quidem
sursum terre autem deorsum et
ad medium. manifestum est quod
non vacuum erit causa loci mu-
tationis. Cuius igitur erit va-
cuum videtur enim causa esse
motus secundum locum. huius
autem non est. Amplius si est aliquid
ut locus privatus corpore cum va-

cum movetur corpus quod in ipso est ipsum. non enim magis in omni parte movebitur. Eadem autem ratio est ad locum esse opinantes separatum in quo fertur quod fertur. quomodo enim movebitur corpus positum aut manebit et sursum et deorsum. Et de vacuo convenit eadem dicere ratio. vacuum enim et locum faciunt esse dicentes. quomodo ergo inerit aut in loco aut in vacuo. non enim accidit cum totum positum sit ut in separato loco permanente corpus aliquod. pars enim nisi seorsum ponatur non erit in loco sed in toto. Amplius si non locus est neque vacuum erit. Accidit autem dicentibus vacuum tamquam necessarium esse si est motus contrarium magis si aliquis intendit non contingere moveri nullum si sit vacuum. Sicut enim qui simile dicentes terram quiescere sic et in vacuo necesse est quiescere. non enim est quo magis et minus movebitur. secundum enim quod vacuum est non habet differentiam. Primum quidem quod motus omnis aut violentus est aut secundum naturam. necesse est autem si vere quidem sit violentus esse et eum qui est secundum naturam. violentus quod est extra naturam est. qui vero est extra naturam posterior est eo qui est secundum naturam. quare si non est secundum naturam unicuique physicorum motus corporum nec aliquis erit motus corporum neque ullus. Natura vero quomodo erit cum nec sit ulla differentia secundum vacuum et infinitum, sed aut quod infinitum est nec erit sursum nec deorsum neque medium, sed aut quod vacuum est nihil differens est deorsum aut sursum. sicut enim nihil est in nulla differentia sic nullius quod non est. vacuum autem cum non sit aliquid et privatio videtur esse. loci autem natura mutatio est differens. quare erunt aut vel natura differentia. aut igitur non inest nulli natura loquutio aut si hoc est non inest vacuum. Amplius nunc quidem moventur projecta projecturo non tangente aut per repulsionem ut quidam dicunt aut item quod pellit pellatur aere permotione velociorem motum illi quod pellitur in quo fertur in proprium locum. in vacuo autem nihil horum contingit esse, neque erit vehi aut sicut vectum. Amplius nullus habebit dicere propter quid motum stabit alicubi.

quid magis hic quam ibi. qua-
re aut quiescit aut necesse est in
infinitum ferri nisi aliquid
impediat magis. Amplius nunc
quidem in vacuum ob id quod
cedit ferri videtur. in va-
cuo autem undique similiter. quare
undique feretur. Amplius et ex hiis mani-
festum est quod dicitur. videmus
enim idem et grave et corpus velocius
ferri propter duas causas. aut in diffe-
rendo per quod. ut per aquam aut
terram aut aerem. aut in differendo quod
fertur. si alia sunt eadem
per excellentiam gravitatis
aut levitatis. hoc quidem
igitur per quod fertur causa est
quoniam impedit. Maxime quidem
quando contra fertur. postea
autem et manens. magis autem
quod facile non dividitur. huiusmodi autem
spissius est. Id autem in quo
est movebitur per b. quod est
in quo est c tempus per ipsum d.
etiam sit subtilius si equalis
longitudo est ipsi b que est
ipsi d. secundum analogiam impe-
dientis corporis. sit enim b quidem
aqua. d vero aer. quanto ergo
subtilior est aer aqua et in-
corporalius. tanto citius
a per d movebitur quam per
b. habeat igitur eandem rationem qua-
re distat aer ab aqua ve-
locitas ad velocitatem. quare si dupliciter
subtile est in duplici tempore quod
est ipsum b transibit quam
d. et erit maius quod est c tempus
duplex in eo in quo est e.
Et semper iam quanto utique
sit incorporalius et minus im-
peditivum et facile divisibile per
quod fertur citius movebitur.
Vacuum autem nullam habet ratio-
nem qua excellitur a corpore
sicut neque nichil ad numerum. Si
enim quatuor tribus excellit uno,
pluribus autem duobus. et adhuc uno
pluribus quam duobus. Et
non amplius habent rationem qua excel-
luntur. nichil autem habet rationem qua excel-
litur. necesse est et dividi
tis in que est excellentia et
in quo excellitur. quare erit
quantitatis in qua excellunt
excellunt et nichil numerum. unde
neque linea punctum excellit
nisi componatur ex punc-
tis. Similiter autem vacuum ad
plenum nullam possibile est habe-
re rationem. quare neque motum. Sed
si per subtilissimum in tanto
tanto fertur. per vacuum
omnem excedit rationem. sit enim f va-
cuum vacuum. equale autem
magnitudine hiis que sunt
b et d. a igitur si transibit et mo-
vebitur in aliquo tempore in
quo est g. in minori quam
in quo est e. hanc habebit
rationem vacuum ad plenum.
Sed in tanto tempore quantum est
g ipsius d a transibit e ...

sicut autem se habet subtilitate dif-
ferens ab aere id in quo est
Z, et secundum hanc proportionem quam
habet tempus in quo est E ad tempus in
quo est Z. si igitur sit tanto sub-
tilius corpus in quo est Z, et
ipso D quanto excedit ipsum
E, contrarium transibit velocitate in
tanto quanto E ipsum Z, et
est A si feratur. si igitur minus
sit corpus in quo est Z ad is
velocius, sed erit tempus, sit mo-
tus aut in quo est E. Qui in
equali tempore pertransibit quod
plenum est et vacuum. sed im-
possibile est. manifestum est igitur quod si fu-
erit aliquod tempus in quo vacu-
um quodlibet fertur accidit hoc
impossibile. in equali enim hoc ac-
cipietur et quod plenum est
transire et vacuum. erit enim a-
liquod analogum corpus
alterum ad alterum ut tempus sit
ad tempus dictum est. Consequentia
... causa est quia quidem
motus ad motum proportio est
omnis enim proportio ad tempus in
tempus. vacui autem ad
plenum non est. Secundum quidem
igitur quod differunt secundum illud
per que feruntur hec contin-
gunt. Secundum autem eorum que
feruntur excellentiam hec sunt.
Videmus enim maiorem mo-
mentum habentia aut gravitatis aut
levitatis si cetera similiter se habent fi-

guris citius ferentia per equa-
le spacium, et secundum ra-
tionem quam habent magnitudi-
nes ad invicem. quare et per va-
cuum. sed impossibile est. quam
enim ob causam feretur velocius? in
plenis enim quidem ex necessitate.
velocius enim dividit fortitu-
dine quod maius est. aut enim divi-
dit figura aut motu quem
habet quod fertur aut proiectum;
eque velocia igitur omnia erunt.
sed impossibile est. Quod quidem
igitur si vacuum sit accidit con-
trarium ut propter quod faciunt
dicentes esse vacuum, mani-
festum est ex dictis. opinantur enim
quod vacuum esse vere
erit secundum locum motum dis-
cretum secundum se. hoc autem id
est quod locum dicere
esse separatum. sed hoc quod
sit impossibile esse dictum est prius.
Et per se autem considerantibus u-
tique videbitur quod dicitur vacuum vere
vacuum. sicut enim si
aliquis ponat cubum in aqua exi-
bit tanta aqua quantus
cubus. sic et in aere, sed sen-
sui immanifestum est. et semper igitur in omni
corpore habente transmutatio-
nem in quam aptum natum est
mutari, necesse est nisi comprimatur
transmutari aut deorsum
semper si deorsum est motus
sicut est terre, aut sursum

est ignis aut iuvero· aut
quecumque aliud sit impossibile
immutatio autem hoc impossibile est
nullum enim corpus est· si preter
unum equale spatium erat an-
te videtur· quod vere primum
erat mutatio tamquam aqua
non cedente ligneo cubo· in a-
ere· sed omnia transeunt per
ipsum· Et vero et cubus tan-
tam habet magnitudinem quan-
tum continet vacuum· quod
si calidum est aut frigidum aut gra-
ve aut leve nichilominus
alterum est ab omnibus passio-
nibus et non est etsi non divi-
sibile sit· dico autem corpus
lignei cubi· ab his separetur
ab omnibus aliis et neque grave
neque leve sit· continebit equa-
le sibi vacuum· et in eadem
erit que est loci et vacui par-
te erit equale sibi ipsi· quid
igitur distabit cubi corpus ab
equali vacuo et loco· et si duo
huiusmodi sunt propter quid non quotlibet in
eodem erunt· unum quidem hoc incon-
veniens et impossibile· Amplius autem
manifestum est quod hic cubus habebit
hoc transmutatum quod et
omnia alia corpora habent· quare
si hoc a loco nichil differt quid
oportet facere locum corporibus preter
uniuscuiusque corpus· si impassibile est
corpus· nichil enim confert si ali-
ud sit ipsum equale spatium

huiusmodi sit· Amplius oportet manifestum esse equa-
le vacuum sic in hiis que mo-
ventur· nunc autem nusquam in-
tra mundum· Aer enim aliquid
est non videtur autem· neque utique
aqua si essent pisces ferrei· tac-
tu enim discretio est tangibilis· quare
tangibile· quod quidem igitur non sit se-
paratum vacuum ex hiis ma-
nifestum est· Sunt autem quidam
qui rarum et densum opinan-
tur manifestum esse quod sit vacu-
um· si quidem enim non est rarum
et densum nec coire et inspis-
sari possibile esse· si vero non sit, omni-
no aut omnino motus non erit· aut
movebitur totum parte totum
sic inquit dixit· aut inequa-
lem oportet mutari aerem
et aquam· dico autem sic· ut si
ex aqua una fiat aer simul
oportet equalem aere tantidem aquam
si autem neque sic esse ex necessitate
contineri et extendi non exis-
tente· Si quidem igitur corpus
rarum dicetur multa ha-
bens vacua separata manifestum est
quod si neque vacuum contingit
esse separabile sicut neque locum
habentem aliquod spatium
ipsius neque rarum sic· si autem non
separabile sed tamen est aliquod
vacuum· minus quidem impossibi-
le esse videtur· Contingit autem
primum quidem non omnis motus causam
vacuum esse· sed quod sursum

est. terminum igne. unguentarium esse dicit. Amplius in motus etenim non fit vacuum sicut in quo est. sed sicut intus in eo quod feruntur ipsi sursum feruntur sursum continuum. sic vacuum sursum feretur. et si est, potest esse motum vacuum et locus vacui. utique et sit vacuum in quo fertur. Amplius autem quomodo in gravi aut gravitatum fertur deorsum. et manifestum est quoniam quod quanto rarius et magis vacuum sit sursum feretur. totaliter vacuum sit velocissime utique feretur. Fortassis autem et hoc impossibile est moveri. Ratio autem eadem est sicut enim in vacuo omnia immota dicimus sic et quod vacuum est quod est in motu. incomparabiles utique sunt velocitates. Cum autem vacuum quidem non dicimus esse. alia non vere dubitata accidunt. aut motus non erit nisi erit densitas aut raritas. aut turbabitur celum. aut semper equalis aqua ex aere erit et aer ex aqua. manifestum utique est quod plus aer ex aqua fit. necesse est igitur ut ut sit vacuum aut depulsum quod sicut ultimum tumultuari facere. aut aliquid alicubi equalis sit mutatione ex aere in aquam ut omne

totius equale sit moles aut nichil moveri. semper enim cum mutatur hoc accidit nisi circulariter circumstetur. non semper autem in circulum latio sed et in rectum est. Hii quidem igitur propter hoc vacuum aliquid dicunt esse. Nos autem dicimus ex subiectis quod est materia una contrariorum calidi et frigidi et aliarum physicarum contrarietatum. et ex potentia ente quod actu sit ente et quod non sit separabilis quidem materia esse autem cum alterum unam esse numero quasi contingat coloris et calidi et frigidi. Est autem et corporis materia magni et parvi eadem. Manifestum est autem hoc. cum enim ex aqua fiat aer eadem materia non accipiens aliquid aliud facta est. sed quod erat potentia actu facta est. et iterum ex aere aqua similiter. aliquando quidem in magnitudinem ex parvitate. aliquando vero in parvitatem ex magnitudine. similiter autem et cum multus sit aer in minori fit corpore et ex minori in maiori. et cum materia potentia sit utraque, similiter et calidum ex frigido et ex calido frigidum. quare eadem est que erat potentia. Et similiter ex calido magis calidum nullo facto in materia calido quod non erat calidum et quod minus erat calidum cum fit calidius. maioris circuli

circulatio est ambitum si fiat
minoris circuli eadem quem
admodum autem nec calida in nullo fac
ta est ambitum quod non erat
prius ambitum secundum potentiam non
in indeficiendo aliquid autem
materia est, non in simile ac
cipere aliquam magnitudinem
in qua non calor, attendo in est
sic quod et calor prius ex potentia
et magnitudo et parvitas sen
sibilis corporis non accipiente
aliquid materia extendi, sed
quia potentia est utriusque materia. Est
enim idem densum et rarum et una
horum materia corporis est. Est au
tem densum quidem grave, rarum
autem leve. Amplius sicut circum
ferentia adducta in minus
non aliud accipit concavum
sed quod erat inerat, sic
et ignis quicquid si aliquis accipi
at omne quod est calidum, sic
omnis congregatio est ipsius.
Verum duo secundum sunt in utroque den
so et raro: grave et durum
densa videntur esse, et econtrario
secundum raro leve molle; dissonant
autem grave et durum in plum
bo et ferro. Ex predictis igitur mani
festum est esse vacuum neque sim
pliciter distinctum neque in raro neque
in potentia est, nisi aliquis velit omnino
vocare vacuum penitus cau
sam quod fertur sit gravita
tis, causa autem levitatis ma

teria sic erit vacuum. Densum
et rarum secundum hanc contrarietatem
activa motus; durum autem et
durum et molle receptiva pas
sionis et non passionis, non sunt
non loci mutationis sed alteratio
nis magis. Et de vacuo autem
quo est et quo non est determina
tum sit hoc modo. Consequen
ter autem dictis est aggredi de
tempore. Primum autem bene se habet
opponere et de ipso per exotericas
rationes utrum sit eorum que sunt
aut non sit eorum que sunt, et
postea que natura ipsius. Quod
quidem igitur omnino non sit aut vix
et obscure ex hiis utique aliquis
accipiet. Hoc quidem enim ipsius
factum est et non est, illud vero
futurum est et nondum est.
Ex hiis autem infinitum et quod
acceptum tempus componitur. Ex
hiis autem que non sunt com
positum impossibile videtur parti
cipare substantia. Adhuc autem
omnis partibilis quod sit, ne
cesse est autem quasdam aut
omnes esse partes esse tempus,
et alie facte alie non future sunt,
est autem nulla cum sit divisibi
le. Ipsum autem nunc non est pars,
mensurat enim pars; oportet compo
ni totum ex partibus. Tempus autem
videtur componi ex ipsis nunc.
Amplius autem ipsum nunc quod videtur
determinare preteritum et futurum

nunc unum et idem semper manet
aut aliud et aliud non facile est
videre. Si quidem semper alterum est,
nulla autem earum que sunt in
tempore alia et alia simul est, que
non continet alia non con-
tinetur, sicut minus tempus a
pluri. Ipsum autem nunc quod non
est, prius autem fuit, necesse est corrumpi
aliquando. quia ipsa quidem nunc sunt
ad invicem non erunt. corrum-
pi autem necesse est semper prius.
eodem igitur priori quidem corrup-
tum esse impossibile est, propter id quod
nunc erat. in altero autem nunc cor-
rumpi priori hoc nunc non
contingit. sic et impossibile esse
re ad invicem ipsa nunc in
puncto cum puncto. Si igitur
in eo quod consequenter est
non corrumpitur, sed in alio, in
mediis nunc que sunt infinita
simul erit. hoc autem impossibile est.
At vero nec semper manere idem pos-
sibile est. nullius enim divisibilis
finiti unus terminus est, neque si in unum
sit continuum neque si in plu-
ra. ipsum autem nunc terminus est et
tempus est accipere finitum. Amplius si
simul esse secundum tempus et neque prius neque
posterius in eodem esse et in ipso nunc esse,
et si priora autem et posteriora in hoc nunc
sunt, simul erunt que in an-
no sunt millesimo hiis que
sunt hodie, et neque prius neque poste-
rius esset nichil ad invicem. De hiis

quidem igitur que insunt tempori tot op-
posita sunt. Quid autem tempus sit
et que ipsius natura sit ex tra-
ditis immanifestum est, et de quibus
nos attigimus advenientes
nobis prius. quidam enim totius
celi motum esse dicunt, alii
ipsam speram. quia circula-
tionis pars quedam est tempus
et tota circulatio. circulatio
autem non est. pars autem circu-
lationis que est sic accipitur,
sed non circulatio. Amplius si plures
essent celi, similiter esset tempus motus
ipsorum motus. quare plura tempora simul.
Totius autem spera visa est qui-
dem dicentibus esse tempus, quia in
tempore omnia sunt et in totius spera.
Est autem stultum quod dictum est
quam quod impossibilia de eo con-
siderare. Quoniam autem videtur maxime
motus esse et mutatio quedam
tempus, hoc considerandum est. Cuius-
quidem igitur mutatio et motus in
ipso mutante est solum, vel
ubi fortassis erit ipsum quod
movetur et mutatur. Tempus
autem similiter et ubique et apud omnia
est. Amplius mutatio quidem
omnis velocior et tardior est. tempus
autem non est. tardum enim et velox
tempore determinantur. velox quidem
est quod in pauco multum
movetur. tardum autem quod in
multo paucum. tempus autem non
determinatur tempore, neque quantum

aliquid est in quo quiescit est. quod quidem non est motus naturam est. Neque autem sine nobis dicere in presentiam motum aut mutationem. Sed neque sine motu. Cum enim non ipsi nihil ipsi nostram mutamus secundum intelligentiam aut lateat transmutantes, non videtur nobis factum esse tempus, sicut neque qui in Sardo fabulantur dormire apud heroas, cum expergiscantur. copulant enim prius nunc posteriori nunc et unum faciunt removentes propter insensibilitatem medium. tanquam igitur si non esset medium nunc, sed unum et idem nunc, non esset tempus. sic et cum lateat aliud esse non videtur medium esse tempus. Si igitur non opinari tempus accidit nobis tempus tunc cum non diffinimus nec unam mutationem, sed in uno et indivisibili videtur anima manere; cum autem sentiamus motum et definiamus, tunc dicimus factum esse tempus, manifestum est quod non est sine motu nec mutatione tempus. Quod igitur neque motus neque sine motu tempus, manifestum est. Accipiendum autem, cum ideo querimus quid est tempus, ab hinc accipere quid sit motus. Simul enim et motus sentimus et tempus. Etenim si sit tenebre et nihil per corpus patiamur, motus autem quidam in anima insit,

mo simul videtur quoddam fieri tempus. Sed vero cum tempus videatur fieri aliquod simul et motus videtur videri. quare aut tempus motus videtur aliquid ipsius esse. Quoniam quidem quod movetur movetur ab aliquo in aliquid et omnis magnitudo continua est, sequitur magnitudinem motus. propter id enim quod magnitudo continua est, et motus continuus. quantum autem motus est, et tempus videtur fieri. Prius autem et posterius in loco primum sunt; hic autem in positione sunt. Quoniam autem in magnitudine est prius et posterius, necesse est et in motu esse prius et posterius proportionale hiis que sunt ibi. At vero et in tempore est prius et posterius propter quod sequitur semper alterum ipsorum alterum. Est autem prius et posterius ipsorum in motu quod quidem aliquando cum sit motus est; tamen esse ipsorum alterum est et non est motus. Sed et vero tempus cognoscimus cum diffinimus motum, prius et posterius definientes; et tunc dicimus tempus fieri, cum prioris et posterioris in motu sensum percipimus. definimus autem accipiendo aliud et aliud ipsum, et medium ipsorum alterum. cum enim altera extrema medii intelligi-

corporibus quorum non sunt ei superficies multe partes una. Et non est distinctio corporum ad superficies sicut distinctio circuli ad corpora. quod est quia distinctio corporum ad superficiem est uniformis. Iam ergo ostensum est iuste et universaliter quod figura corporis orbicularis est ante figuras reliquorum corporum et prima earum. Et dico quod figura corporis orbicularis est etiam simplex et composita ante figuram corporum. quod est quia orbis est linea una. et rectangulo sunt due linee. unum autem ante duo et primum ante commixtum et compositum. ergo est figura corporis orbicularis ante figuras corporum. Et dico etiam quod si est figura corporum prima. primo. et corpus primum est id quod est in orizonte. figura sua est illa que est in orizonte motus totius. et est primum corpus motum motu continuo orbiculari rotundum. ergo est corpus quod sequitur ipsum rotundum etiam. corpus enim quod continuum cum corpore rotundo est rotundum etiam. ergo est et illud etiam corpus quod est in medio rotundum. quoniam omnia corpora continentia ipsum continue cum corpore rotundo sunt rotunda etiam necessario. Et si illud est ita et sunt corpora que sub orbe inferiora continua cum motu superiore est necessario rotunde figure necessario. quia corpora continua tangunt orbes existentes. et orbes existentes tangunt intra orbem. Et dico etiam quod quod dixi inter et medium sub orbe. et est necessarium quod figura tota incedit incessu circulari. Iam autem ostendimus etiam per sermonem sufficientem et diminutum quod non est extra orbem vacuum nec vacuum in locis. ergo illud est ita. est totum rotundum secundum additionem. et que adiecimus nunc quod est quia si orbis motus est linea equalis non rotunda: erit perciduo vacuum extra ipsum et vacuitatem et locum et corpus. Et linea equalis quando non movetur circulariter et non est motus est in loco uno. sed movetur localiter coniunctum a loco in quo fuit quando hora non erit in eo in loco in quo non fuit hora est hora. et hoc est nisi propter diversitatem angulorum. Et similiter involucium figure que non sunt rotunde. in sunt linee earum egredientes ex medio equales sunt figura que dicitur lenticula. et sunt figura que dicitur ovalis. in omnibus enim istis figuris et que sunt eis similes cum erit orbis secundum aliquam figuram

cas. deinde movetur motu c-
circulari accidit ut extra ipsum sit
naturalis motus. cum non est
revolucio totius et eius ince-
sus super unum locum semper
quod super loca diversa sit dis-
nuper. Et dico iterum quod unus
omnium motuum est motus
celi. cum ipse solus est motus
continuus equalis sempiternus.
Et dico iterum quod principium
terminum omnium est unus. Sicut
illud est ita est motus mi-
nor cum est velox valde et prop-
ter id ipsum velocior omnibus
aliis motibus celi. Et dico
iterum quod minor figurarum et par-
vior ea est que incipiunt a lo-
co et perveniunt ad ipsum est
linea circuli. Sicut ergo linea cir-
culari minor figurarum par-
vior omnibus lineis figurarum
est motus celi propterea velo-
cior omnibus motibus. Sicut ergo
est ita et est motus celi circula-
ris est iterum velocior omnibus
motibus propterea. Tunc celum
est rotundum et circulare.
Possumus autem aliquid sufficienter si-
gnificare quod celum rotundum
est per corpora existentia in me-
dio. Dico quod aqua est super
terram et aer est super aquam
et ignis super aerem et corpora
superiora super ista corpora. Ve-
rum ista corpora superiora non sunt
continua cum istis corporibus
inferioribus. Sed sunt tangen-
cia ipsa tamen. Superficies autem
aque est rotunda. Quod est quia
res existit cum re tangente
ipsam rotunda est, iterum necesse
sicut unum est terre et manifestum
et clarum quod celum est or-
biculatum rotundum per istum
modum quem narravimus nu-
per. Convenit ergo nobis ut
ostendamus et exponamus
sicut terra superficies aque.
Dico ergo quod hoc manifestum est
planum cum nos conspexeri-
mus quod aqua currit ad su-
periorem locum. Et quod infe-
rior locorum est locus propinquior
centro. Ostendamus ergo quod a cen-
tro duas lineas quarum una
sit ex linea a ad lineam b et tunc
et alia sit ex linea a ad lineam c
et agregemus inter utramque
lineam aliam que sit linea
que apud lineam b et lineam c
est. Sit ergo linea basis. Dico ergo quod
linea que est ab linea a et li-
nea d est minor et parvior
duabus lineis egredientibus
a centro et hec est figura quam
posuimus. Sicut illud est ita
tunc iste locus inferius infe-
rior est profundius magis
et aqua currit ad ipsum propter
dum donec equatur illa li-
nea basis cum duabus egre-



dientibus a centro

dientibus a centro. Et hec est figura quam posuimus. Si igitur illud est ita, tunc iste locus est igitur linea tunc que est apud istam a et istam d et istam e continet duabus lineis egredientibus de centro istorum. Cum igitur consequatur aqua a cum locum quam erit et stat et non currit, et erit linea tangens duas lineas egredientes a centro circuli. Si igitur illud est secundum hoc, erit superficies aque rotunda preterquam in linea que est apud istam q et istam e et istam e. Iam igitur ostensum est nunc quod mundus in totum est rotundus circularis et quod ipse decenter est factus, decore quod est summus decor. Verumtamen non potest aliquod corpus que manibus fiunt assimilari decori eius tantum in aliquod corpus que manibus cadunt sub visu oculorum. Et est preterea ut aliqua rerum levius equaliter sit equalitas nature corporis continentis et levis levitas ut sit tunc altitudo huius corporis alterius ex altitudinibus omnium, et hoc manifestum est et planum quod est quia sic est inter spatium altitudinis aque et declivitatis terre, et sic est spatium altitudinis corporis celi a reliquis corporibus. Nolo autem ut inquiramus de motu corporis primi mobilis quorum unus sit a dextro a ad sinistrum b et alius a sinistro a ad dextrum c. Nos autem exposuimus in eis que preterita sunt quod isti motus non sunt contrarii adinvicem. Redeamus igitur ad illud in quo fuimus et dicamus: quia si non est aliqua res una nisi et non est preterea ut sint res existentes semper et ne sine causa, et celum est sempiternum et motus eius circularis est sempiternus, est ipsa aliqua causa cum est motus celi ex quibusdam partibus celi et non est motus ex quibusdam partibus eius, et motus eius iste aut causa rei est aut causa ei est.

Et dico quod voluntas super inquisitionem cause quarundam rerum occultarum aut super inquisitionem de causa rei omnis et ut non transcendat aliqua ex rebus sine inquisitione est ex eis que putant aliqui quod illud est propter habundantiam paucitatis rationis aut propter malitiam considerationis ex intentione igitur eius aut ex desiderio intentionis super eam cognitionis certarum rerum secundum veritatem. Non est autem ex eis eius que ex diminutione cognitionis causarum omnium et quia non sint continentes nos

ut consideremus in quantum possumus
dicere aliquid in causa rei et
quamvis ut sufficiat auditori per
suasione humana debili aut
forti persuasione, tamen non con
tradicitur nec resistitur. Et
nam cum aliquis invenit de
claraciones propinquas subtiles
sufficientes, oportet quod laudet
inventorem eius et commendet
eum. [C] Volumus autem nos redi
re ad illud in quo fuimus, et
diximus causam nunc quia apparent
cadentes sub oculis, scilicet causam
quare celum movetur ex quibus
dam partibus sine et non movetur
ex quibusdam partibus. [D] Dico
ergo quod de aptitudine sua est
ut faciat melius et nobilius
semper in quantum est possibi
le ei facere illud, et igitur illud
secundum hoc: quoniam est melius in
cedentibus incessu naturali
locus superior loco nobili
or inferiore, et est anterior
et melior posteriore, prout
diximus; et quoniam est dextra nobilior
sinistra, sicut diximus supra. [E] Et forte
tu quod celum habet principium
et ultimum, scilicet nobilius et vili
us. Et ex eo quod sumus in per
scientia, hinc quaestio ut est ad
solutio eius et ipsius expositio; quoniam
est quia si natura facit in
celo melius et nobilius, tamen
ipsa est causa omnis et eius ad
solutio, cum melius et nobilius
est ut celum moveatur mo
tu simplici sempiterno, cum
non est ablatio. Et ut sit mo
tus ex meliori loco et in me
liori loco, et eius est dextra et
iam quod ostensum est et veri
ficatum est. Et celum movetur
ab oriente in occiden
tem et non econverso. [F] Opor
tet autem inspicere secundum illud quod
sufficiens est de motu celi
et quod ipse est equalis in quo
non est diversitas, et quod est
in celo primo et in motu pri
mo, scilicet cum autem qui sunt
sub orbe primo motus sunt
multi qui aggregantur ad
unum unum. [G] Dico ergo quod
si celum movetur motu
diverso non equali esset mo
tus eius vehementia et remis
sio; vehementia autem
motus et eius remissio aut est
in principio motus aut in
fine motus aut in medio
motus, sicut res in motu ad la
tera sicut alia. Nos autem non
invenimus motum circula
rem vehementiam in aliquo
in principio eius neque in medio
eius neque in eius fine, quoniam est
quia non est ei initium nec
finis neque medium, cum ipse
est sempiternus et regular
iter. Multitudo non differt

Declaravimus igitur et diximus quia
si non est motum celi velocius
et tardius non sunt diversi in motu
in motu vero diversitas est velocius
motus quam velociter motus
et eius multiplicatio. Secun-
do itaque omne quod movetur
non ex motore extraneo diversitas
motus est aut propter naturam
quod movetur aut propter illud quod
movet aut propter utrumque simul.
Si propter illud quod movet aut
non movet propter virtutem aut non
quod non mutatur et non fi-
guratur super dispositionem unam aut
est propter mutationem moti et mo-
ventis simul. Cum igitur ita sit et hoc
non est inconveniens in illud
quod movetur movetur motu diver-
so non equali. Sed non est possibi-
le ut in eo sit aliqua istarum
dispositionum quas diximus
nos etiam ostendimus in
hiis que precessa sunt et expo-
suimus quod motum pri-
mum est simplex non factum
neque generatum neque
cadens sub corruptione neque
mutatur neque alteratur omnino.
Si igitur illud est secundum hoc tunc
est dignius et melius ut sit
secundum hunc modum motum
primum. Quia primum est
quod movet ipsum primum
et simplex est illud quod mo-
vet simplex et illud quod non
cadit sub corruptione et genera-
tione est illud movens quod non
cadit sub generatione neque corrup-
tione. Si igitur illud est secundum hoc
et est corpus primum motum
non mutatum neque alteratum
et precipue cum est illud quod mo-
vet hoc corpus neque alteratum
neque mutatum et precipue
quia est spirituale cum non est corpus.
Non est possibile ut sit motus celi
diversus non equalis. Si igitur est
motus celi non equalis aut mu-
tatur totus et est motus eius
quandoque velocior quandoque tar-
dior aut sunt partes eius secundum
hunc modum. Non autem sunt
motus partium celi diversi
et illud manifestum est et planum.
Quoniam si ipsi essent diversi essent
congregate stelle ad invicem.
Hoc autem est extra quod esse non
possibile in longitudine temporis
quod est quia quedam stel-
le essent in parte celi que mo-
ventur motu tardo quedam essent
graventur stelle ad invicem.
Hoc autem est extra quod esse non
potuit in eo quod preterit de
temporibus. Et in celum mutatur
totum quod est quia mollifica-
tio eius vel est propter debilitatem
eius. Debilitas autem est extra
naturam. Non est accidens quod
accidit ... debilitas et extra
naturam omnibus est accidens.

neutrum eorum sit mansuetudo et sepa-
sit et similis. et ideo est possibile quoniam
cum ipsa et generantur ex re-
bus contrariis diuersorum locorum et
non est aliqua partium earum in
loco suo. quia possibile sit quod earum
uelocitas et finitur uelocitate
secundum quod ad unum medio
finium et in unum si accidentia
que accidunt extra naturam non
cadent super corpora prima. et
quoniam autem simplicia et equalia
et sunt motus sui eorum neque
aliquibus et non est eis contrarium
omnino. et non cadit super ea debi-
litas. et si non adueniunt eis de-
bilitas non est in motu eorum
uehementia neque mollificatio
neque uelocitas neque tarditas. et
non sicut est motus eorum uehemen-
tia est ei mollificatio itera-
ta. Dico item quod impossibile
est ut sit mouens fortis quando
in tempore infinito. et ut sit quando debi-
litas in tempore infinito. quoniam nos non
uidemus aliquam rem extra
suam actionem cum sic patitur
uel ... debilitas autem est ac-
cidens extra naturam. quare possibile non
est possibile ut sit mouens in tempore
debile in tempore infinito. Neque
est possibile ut sit mouens secundum su-
am dispositionem naturalem et ex-
sit dispositionem naturalem sit
in tempore equali. secundum quod rei non
est debilis et fortis simul omnino

in tempore infinito. hoc autem est ex-
cessus quem impossibile est esse. quoniam res
accidentalis extra naturam
non est in tempore rei naturalis.
Neque est possibile mouentem item
faciat motum fortem ue-
hementia sempiterna. et non
mollificet ipsum mollifica-
tione sempiterna. quod si esset ita
inueniet motum indeterminatum
et infinitum. nos autem diximus iam
quod omnis motus non est nisi
de loco ad locum et quod est de
contrariis et finitus. Et dico item
quod motus celi est tempore determi-
natum minimum. nec est possibile ut
moueatur in minore illo
tempore. sicut non est possibile ut
ambulet. aut percussor
cordarum ut percutiat cordas in
tempore minori illo tempore in quo est
ambulatio et percussio corda-
rum. et ideo item omnium tempus par-
uum minimum quod est determina-
tum quod non pertransit sic
suum est motum celi item mi-
nimum paruum medio non mo-
uetur enim circulariter quod non per-
transit. Secundum si possibile sit ut
sit motum eius mollificatio
semper aut uehementia sem-
piterna tunc quare non est possibile ut sit
una earum non est possibile ut sit
altera item. scilicet cum quando non
est possibile ut sit motus additus
in uehementia additione in

quod est quia motus qui mollificatur et debilitatur mollificatione sempiterna est in tempore infinito

[illegible]

quod

sempiternus non est. Sic ut sit
additus in mollificatione et
additione sempiterna est. Sic
ut sit additus in vehemen-
tia additione sempiterna. Si
non est ex eis que impossibile est. Ergo
sic ostendimus et exposuimus
in ipso. Et etiam manifestum est ut dica-
mus modo quod motus celi et
quorum vehementis et quorum molli-
ficatis et sunt ubi duo mo-
tus in altitudine maris super ipsum
et quod celum est quorum veloci-
oris motus et quorum tardioris
est. hoc non inconveniens est
nec est possibile ut sit et est sicut
fabule et illud est secundum
non occultatum a nobis ipsum
celum sicut sub oculis nostris
non quorum minimum contrariorum
comprehenditur oppositum alteri est ergo
non corpus velocius et sensus cir-
culus. Iam igitur manifestum est nunc
et certum per nos quod diximus de an-
tecedentibus rationibus quod celum
est unum et quod non est fa-
bricatum neque generatum et quod
semper est et sempiternum
et quod motus eius est equalis
in modo quo non est diversitas.
Volo autem nunc post quam
complevimus perscru-
tationem corporis primi de
stellis et ex quibus corporibus sunt
et de figuris earum et de motibus
earum. Dico igitur quia ex eis que

convenientiunt nobis et sunt i-
necessaria per illud quod diximus
que premissa sunt est ut ponamus
unumquodque ... ex stellis in
de illo corpore in quo inve-
niuntur et diximus in eis que pre-
missa sunt quod est corpus ap-
pretiatum hec corpora quod inve-
nitur circulariter. Et dico
quod illi erraverunt qui
dixerunt quod stelle sunt ig-
nee. non dixerunt quod ipse sunt
ignee nisi quia ipsi posuerunt
corpus supremum igneum et dixe-
runt quod iustum est unumquod-
que corporum ut sit ex natu-
ra corporis in quo est sicut in-
fixum. Sed dicimus quod
stelle sunt ex natura corpo-
ris quinti. cum possibile sunt mo-
tus. calidum vero quod venit
ex stellis et lumen sunt propter
... et fricationem aeris
... ex motu earum. de apti-
tudine enim motus est ut calefaciat
et urat ligna et fer-
rum et lapides. Si igitur illud est
secundum hoc est propinquius ut
sit ignis ut ignitatur et
calefaciat quando relinquit
res propinquiores igni est ergo
quod motus calefacit aerem
propinquum. Et verificatio illius
est quod quod motus ignit
et calefacit plumbum quod est
in hastula sagitte. sagitta

et cum egreditur ex arcu sagitta ignitur plumbum exiens ex hastula sagitte. Redeamus ergo et dicamus quod cum stelle excalefiunt et igniantur ex motu stellarum igitur quod aer qui est inter eas et nos. et non igniuntur iste stelle nisi quando incedunt inter et aer quando non ex motu stellarum fit ignis. Quando igniuntur stelle ab eo quod calefiunt. stelle autem que morantur superius sunt vadunt in orbe suo. Et propter illud ergo non igniuntur. et si igniuntur stelle s. non quia aere cum non est aer earum sub orbe approximationis rotundo. cum ergo incedit ille orbis calescit aer et ignitur et precipue aer qui est prope viam solis. Et propter illud ergo est calitas solis secundum modum approximationis sue ex nobis et elongationis sue desuper capita nostra. Iam ergo ostensum est et verificatum quod stelle non sunt ignee et quod lumen earum si est ignitum et non propter illud calidum sub nobis.

¶ Et dico item quod cum stelle sint permutabiles et totum celum permutabile illud est aut quia utraque sunt quieta aut mota simul. aut quia unum eorum motum alterum quietum. Dico ergo quod impossibile est ut sint simul permutabilia et utraque sint quieta cum terra sit quieta. Nam si non esset secundum hoc non videremus quod videmus de stellis. Sit ergo nunc terra quieta donec inquiramus de eo inquisitione in futuro sufficiente. Remanet autem nobis ut dicamus aut ut sint ambo mota s. celum et stelle. aut ut sit unum eorum motum alterum quietum. quod si fuerint ambo mota erit velocitas utrorumque similis in motu. hoc autem est extra rationem ut sit motus stellarum et celi unus. esset ergo velocitas motus cuiusque earum stellarum sicut motus orbis in quo incidit. et pervenirent cum orbe suo ad locum unum in momento uno. et accideret secundum hoc locus stelle iam pertransivisset circulum et circulus intelligeretur revolutione. et revolveretur cum stella in una hora. sed non est extra quod necessarium est ut sit velocitas motus stelle per modum magnitudinis circulorum. de circulis autem non est ignotum quin sit velocitas motus eorum secundum modum magnitudinis ipsorum. sed est illud necesse. non autem oportet ut sit illud in stellis que sunt in circulis s. ut sit velocitas motus stelle

secundum modum magnitudinis or
bis sui, quoniam stella perambu
lat orbem magnum veloci
ter secundum modum magnitudinis
sue. propter hoc superinveniuntur
stelle ex quibusdam orbibus sin
e ad orbem alium. et inveni
untur quedam earum velociores
et quedam earum tardiores. quod
non est sic stellis motis propter
se, circuli quia deferuntur in eo et
sunt incedentes cum eis. Et
dico etiam si essent stelle totaliter
non mote, sed si essent absque motu ex
se, tunc non esset necessarium mo
tibus stellarum ut esset orbis magnus
et incederent stelle que essent
in eo velocius secundum modum
magnitudinis orbis. quod si
essent stella una et due stelle
secundum hunc modum non esset
horrendum. sed quod omnes
stelle sint secundum hunc modum
iste est sermo similis fabu
le neque est in rebus naturali
bus ut sit aliquid secundum di
spositionem aliquam sicut fortuna
et casus. et fortuna etiam non
potest esse in omnibus rebus. sed ut
non sit rebus causa. Redeamus
ergo et id inveniemus et di
camus quod si circuli sunt
quieti et stelle sunt mobiles
est illud etiam horrendum ex
tra rationem propter hoc enim cuius rememo
rationem explevimus nuper

quod est quasi accideret quod mo
tus stellarum esset secundum modum mag
nitudinis circulorum. Dico quod non
insensatum est et etiam quod non est
necessarium ut circuli et stelle mo
veantur simul neque ut stelle mo
veantur. Remanet ergo ut dicamus
quod circuli moventur tantum et quod
stelle sunt quiete et rotunde et
fixe composite in circulis cum
quibus incedunt circulis na
turaliter secundum hunc modum
non accidit ut sit sermo noster
iste extra rationem. necessarium enim est
ut sit velocitas motus orbis
magni ex orbibus compositis in
loco uno secundum modum mag
nitudinis sue. nam sicut ex reli
quis corporibus corpus magnum
ex eis perambulans locum
suum invenitur velocius secundum
modum magnitudinis sue. sic
corpora rotunda que sunt
maiora velocius moventur
et que minora tardius. Et
dico etiam quod cum circuli in
cedunt tantum sine stellis non scin
ditur celum et non interrumpi
tur. nos autem ostendimus in eis que
preterita sunt quod celum est con
tinuum non scinditur ... Et
dico etiam quod stelle sunt
orbiculares rotunde et quia
aliqui quid dixerunt illud et nos
illud concedimus ipsum etiam
quia posuimus eas ex corpore

Si stella movetur et orbis quiescat
necesse est celum scindi et corrumpi.

qm

quanto oculi latent. ¶ Et dico item quod corpori huic sunt duo motus: quorum unus est ex proprio, et alius est conversio revolutionis involventis. Sed stelle moventur ex primo. motus earum est secundum unum modum duorum modorum. Sed motus earum est revolubilis et fixe in motu sunt omnes. nos autem videmus eas permutare loca sua. et si ipse non permutarent loca sua non consequentes illud aut retemperet illud. ¶ Et si esset motus earum secundum hunc modum oporteret ut esset motus earum omnium stellarum hunc motum. Luna autem sol solus videtur hoc motu moveri apud finem orientis et finem occidentis. ¶ Et non mutatur secundum hanc dispositionem per se, sed per longitudinem suam ab oculis nostris. quod est quoniam cum elongatur in motu et extendi involvitur per debilitatem suam et revolvuntur per eandem [illegible]. quare motus solis solum [illegible] et inno[illegible] graditur et per hanc [illegible] item stelle fixe [illegible] ignee splendide. stelle autem erratice fiunt per illud [illegible] non ignee luminose et quia sunt propinque nobis. per quam dispositionem videntur nobis com

prehendere eas visus. et consequens in consecutione forti insequitur non potest consequi stellas fixas et comprehendere eas nisi cum tremit et inclinatur per elongationem earum ab eo. cum quo debilitatur visus et involvitur et innuit quod stella herere mota hoc motu involuto continuo et non negatur quin unaquaeque moveat visum. ¶ Et dico item quod stelle non moventur motu rotundo. et illud manifestum est et clarum, cum res involuta commiscetur et revolvitur necesse quod est quod facies eius esset apud nos et opposita nobis semper et non mutetur. ¶ Redeamus igitur et dicamus quod si stelle moverentur per se et necessitate moverentur motibus suis semper eternis. et sunt [illegible] duo motus que diximus nuper. nos autem non videmus eas moveri istis motibus. Si autem non moventur istis motibus, ergo propriis motus earum non sunt per se omnes. ¶ Et dico item quod omnes extra [illegible] est ut natura posuit stellas mobiles et non preparaverit eis motum instrumentum. et natura cum de non posuit aliquid vanum absque causa. ¶ Et conveniens est ut natura ingeneret aliud intendat [illegible] et ut recederet ab istis corporibus mobilibus circulariter [illegible] partes

in natura materie et ut exponeret
ea rebus quarum prope est ut moue-
antur per se et ut elonget ea a
rebus que sunt in situm motio-
nis sue. ¶ Et dico iterum quoniam
necessarium est per hunc modum
omni qui intuetur de hac rebus
ut fiat ei sufficientia et dicat quod ce-
lum totum est orbiculare et
quod omnis stella est orbicula-
ris rotunditate figure et quod
figura orbicularis est conu-
enientior omnibus figuris
motui celi cum celum quod est
orbiculare mouetur motu
uelociori obedienter et adheret
loco suo et non remouetur ab
eo omnino. ¶ Sicut figura rotun-
da iterum est inconueniens et non
apta motui qui est ad ante
s. locali sic est conuenientia
huius equalis. Verumtamen ista elo-
gatur ex figura corporum que mo-
uentur locali motu dico ex
medio et ad medium et cetera si id
est secundum hoc et ideo necesse est ut
celum moueatur motu circu-
lari et ut stelle non moueantur
per se est necesse unumquodque corporum
rotundum orbiculare et erit
unum corporum mobile et alterum
corporum quietum stans. ¶ Dico et
quod est manifestum et clarum illud
quod dixit iterum in sermone eius
qui dixit quod accidit ex incessu
orbium et stellarum uox suauis

secundum conuenientiam strepitus
incessus orbium et stellarum et
dictorum quorum huius sermonis
non dixit nisi secundum per su-
perfluitatem ignorancie et de-
mencie super causa ad hoc homines
et putauerunt quod ex incessi-
bus corporum magnorum ma-
ximorum accidit strepitus necessario
quod est quia nos uidemus
in istis que sunt coram nobis
ex corporibus que non sunt secundum
magnitudinem et molem solis
et lune et neque secundum uelocita-
tem motus eorum cum incedunt
accidit ex eorum incessu tinnitus
et strepitus necessario. ¶ Et dixerunt
iterum quia non est possibile ut incedant
sic huius stellarum magnitudinem et
maximarum sint incedentes ue-
lox quamobrem sic est tinni-
tus et uox. Sed quod non est possibile ut non
est eorum uelocitas secundum elon-
gaciones earum ab inuicem est
precedens uox accidens ex incessu
earum circulari et uelut derisio-
num et cachinnus. ¶ Omnium ipsi
sentiunt quod ille sermo eorum
est extra rationem scilicet ut sit incessi-
bus eorum corporum uox magna
et nos non audiamus eam
dixerunt et quod nos non audiuimus
hanc secundum causam quia unusquisque dicentium
et est quod nos nascimur cadit
in auditibus nostris uox gyrorum
et stellarum et implet eos. Sed ideo

non offendimur. Et causa huius est quia vox ex contrario suo quod est silentium cognoscitur: et vocis non est perceptio nisi in respectu silentii, dico silentium. Et eodem modo contingit fabris erarii: ipsi enim non possunt discernere inter vocem et silentium propter dispositionem consuetudinis auditus ipsorum et impulsionem in auditum ipsorum ex voce malleorum. Et hoc quidem contingit in hominibus: ipsi enim non possunt discernere vocem innatam sui singulariter et causa consuetudinis ex continuatione sua. Et discernunt quia non convenit illud. Et ideo dixit hunc sermonem: immo per sermonem ridiculosum videri contingit, et dixit immo, sed non est possibile ut sit secundum quod dixerunt. Cum sermo eorum iste est impossibilis ut accidat motum corporum superiorum et nos non audiamus ipsum. Et causa causae est ipsi dixerunt esse debet videre. Quod est quia nos quaerimus vocem motuum orbium et stellarum propter causam quam ipsi dixerunt. Tunc ut imaginatur vox eorum et nos causam non sentiamus eius vocem enim magnitudinem et strepitum vehementem in spiritu corporibus mortuis operantur. Sic et vox tonitrui et eius strepitus fortassis scindunt doliorum capita et findunt lapides et terram durum et corpora vehementia. Si igitur vox contrarii esset haec, tunc quod dignum est ut efficiat id vox accidens ex motu corporum multorum magnorum ut perveniat ad nos necessario, et ut nos non teneamus virtutem eius et vehementiam eius ut destruamur ex victoria eius super nos. Et dico tertium quod nos non audimus ex incessu orbium et stellarum vocem et quod corpora non suscipiunt aliquam contributionem ex motu orbium in aliqua impressionem. Cum videtur motum eorum sonum et strepitum et quod causa illius est magna pa[ret] propter id quod dixit modo quae praecessit. Et hoc item est quod sufficiat sermonem istum. Et illud est ut non repetatur non contradicit sermo eius quando dixit quod stellae omnes sunt fixae et non moventur. Et imago vocis autem ingredi errorem hic [illegible] per hoc quod dixit quod motum superiorum sit vox laeta debet per illud quod videmus apud nos fieri. Quod est quia ex omni re quae incedit per se accidit vox et tinnitus. Et res quae fixa et firma incedunt in navi sicut partes navis non ... vox in tinnitus accidit. Et ex motu navis accidit vox in [illegible] cum est in flumine currente motu veloci incedens. Sic accidit dicere quia impossibile est

esse ut non accideret ex incessu
priore ualde et pondere eius tin-
nitus uehemens. et non accidat
quod uox ex incessu uehementi. nam
ius eius motu dicimus quod si
illud quod defertur et aliquid
est separatum a delatore mo-
uente accidit ex eo uox. et aliquid
defertur ut portatur est con-
tinuum cum delatore in eo-
dem non accidit ita ex eo uox nec
strepitus. igitur illud est secundum
hoc et nos dicimus. Item quod
si esset motus corporum superio-
rum in aere replito in umbra
triplicato. etiam esset magne sic
est sermo dicencium aliud ac-
ciderit [?] ex motu corporum su-
periorum et peruenirent ad nos illa
uox et interficeret nos et scin-
deret corpora mortua et per-
cuteret ea. nos autem quia non
uidemus quod dixit mutari cor-
poribus que sunt apud nos et
circa nos ex motu maiorum cor-
porum superiorum. et manifestum est et
clarum quia stellis non est motus
[?] motus earum est motus
mouentium [?]
naturalis donec possint stelle
ne mouerentur nisi ipsa secun-
dum quod acciderit ex motu ce-
li. et separantur hanc speram
[?] et que sunt fixe stan-
tes compositis. nam si ipse moue-
rentur non fieret animo [?] ex re-

bus in eo quod sequitur nos per
dispositionem suam et fierent res
et morerentur ex uehementia
uocis earum et ipsarum strepitus. sed
quia non inuenimus et planum quod
figura stellarum est orbicula-
ris rotunda. et quod ipse sunt
figure firme et non mouentur
ordo Secundo autem in ordine
stellarum et earum compositione et quantitate
est situs cuiusque earum. nam de
eis sunt que sunt prime et ex
eis sunt que sunt postreme.
et elongantur alia ex aliis secundum
longitudinem aliarum ex aliis.
et nos quidem iam diximus hoc etiam in
libro nostro qui dicitur astrologia et
declarauimus eam in isto declara-
tione sufficiente. Tunc autem uere
dixi quod accidit uere unicui-
que stellarum ut sit motus eius
secundum modum elongationis
eius. Dico igitur quod eius litteram
est motus unius uelocior et alius
et ex eis sunt quarum est motus
multiplex tardus. Nam quia
cum stellarum incedit mo-
tu suo contra incessum celi
et est illud simul. dico quod stel-
la posita iuxta motum primum re-
uoluitur in reuolucione sua
minori [?]. et quod stella
posita longinqua a motu pri-
mo simplici reuoluitur reuo-
lucione minori paruo. Reliquum
uero stellarum que appropinquant

motum compositum primo revol-
utum revolucione magis sim-
plici. et que eam elongantur
ab illo motu revolvuntur revo-
lucione minus minori. et id
tamen magnum est quoniam que eam
consequuntur motum simplici-
et sic ex eo necesse secundum ma-
iorem et que ex eis elongatur
consequitur consecucionem debi-
lem. secundum dispositionem longitudinis
ab eo. et que sunt ex eis in eo
quod est inter illud communicare de mo-
tu simplici secundum modum longitu-
dinis eius et hoc [illegible]
sic ostenderet et exposuerunt
in quo dominus mathematica et sunt
auctores almagesti. Volo
autem nunc tamen ut dicat figuram
stellarum. dico igitur quod convenit
speculanti in istis rebus ut i-
maginetur quod figura uniuscuius-
que earum est figura orbicula-
ris. nos autem nunc ostendimus
et diximus quod stelle non moven-
tur per se et quod natura non facit
aliquid vanum et expectantem
super illud. sicut igitur est tamen tunc si fi-
guraverit rei cuius non est mo-
tus s. stellas cum figura im-
mobili omnino. stella autem non ha-
bet quoniam non est ei aliquod instrumen-
tum quo moveatur. Et sic
hoc est tamen manifestum est et patet
quod spissitudo corporis stel-
larum est rotunda orbicularis

eam. et non est diversitas in-
ter illas in illo. Et secundum quod dixit est
quod dixit est luna. nam ipsa est
parte nostra ostendit nos quam
reliqua stelle. quia ipsa est in
orbicularis secundum dispositionem sue fa-
ciei. nam si ipsa non esset orbicu-
laris non esset in additione sua
et sua diminutione ut novacu-
la apparet et non esset gibbosa et quasi
secundum medietatem. Et nos
aliis iam diximus tamen in libro astr-
ologie quod si sol non esset orbi-
cularis non esset eius eclipsis
ut novacula. si igitur invenit
alia stellarum rotunda orbicu-
laris est [illegible] manifestum est et
clarum quod stelle omnes sunt
orbiculares tamen. Volo et
nunc ut inquiram de dubitat-
ionibus inquisitione suffi-
ciente. convenit [illegible] ut inqui-
rat de eis inquisitor dicatur
igitur [illegible] summum sci-
entie et [illegible] sententie. Immo
non [illegible] ut videatur quod id
sit ex nobis audacia et presump-
cio. s. et ut miretur ex cupi-
ditate nostra super philosophiam et sol-
licitudinem nostram in ea. Si
igitur invenimus questiones [illegible]
[illegible] et possumus solvere ipsas
solucione parva subtili. est
convenit aliquod [illegible] ut vehe-
mens sit gaudium eius et re-
cederetur per illud pectus eius

et quod stelle sunt orbiculares figure

in Armenia [illegible]

7. dubitatio

Modus autem primus est iste, quia in
mirabilibus nature multa sunt
hoc, ergo unum ex eis non est mi-
nus reliquis eius. Dico quod in-
venimus scire per causam diversitatis
longinquitatis ab orbe primo non
nisi motu semper primo motu. i.
necesse est secundum opinionem
putantis cum corpus primum
moveatur motu uno, motori-
bus propinquis ei moveatur mo-
tibus paucis duobus aut tribus;
nisi autem accidit ei contrarium
eius quod dixi, quod est quod sol et lu-
na moventur motibus pau-
cis paucioribus motibus stellarum
erraticarum, et ista corpora lon-
ginqua sunt a medio et propin-
qua corpori primo. Et hoc quidem
manifestum est et probatum sub visu in
quibusdam stellis erranti-
bus. Nos enim vidimus lunam et e-
rat quod in medietate luminis
sub stella Martis et latuit in-
mars a nobis ab eo quod se-
ingressione lune. Deinde ap-
paruit ex parte ab eo quod secundum
ingressionem lune et lucidum eius
et sunt dicta in aliquibus stellis
hesitantibus egyptii et babylo-
nii, cum viderunt illud et conside-
raverunt ipsum multis an-
nis, et accepimus nos ab eis
et verificavimus sermonem
eorum et sermonem sciam nobilissi-
mi in mathematicis stellarum. Modus secundus

est hec. Nos quidem volumus i-
scire per causam quorum sunt mul-
te in primo stelle nisi quatenus in
comprehendendo nos et invenimus
orbem est una motu uno et
non videmus in alio corpo-
re duas stellas in terre fixas mo-
Dico ergo quod convenit querere
cognitionem rerum ut inveniat de
eo. Illud autem est ex eis que addi-
mur in bonitate melius et ci-
tius veritate, quamvis sciam
rerum terminus sit diminuta. Sed paucitatem
cognitionis earum et
et longitudinis ipsarum et earum sub-
tilitatem super relinquentes res.
Verumtamen nos cum hoc sumus san-
nius eo quod est in ipsa et nos dixi-
mus illud vere non erit hec quod i-
ex ipsum in effugiet a nobis
eius cognitio. Nos autem non in-
telligimus hec corpora nobilia
et videmus ea non corpora tantum
quod est inter corpus et ordo
preter quod sit inter animam. Dico.
Dico ergo quia ex eis que convenit
nunc nobis est ut intelligamus
ea et quod ipsa sunt viva habentes
operationem actionem. Nos autem si in-
venerimus ea cum hac dispositione
et considerantem verum non inveniemus
etiam motum eorum variam
in fugiet a nobis cognitio
ipsius. Incipiamus ergo nunc
et dicamus quod res bona com-
pleta est cuius bona absque opera

cione et neque cum actione qua
recipiat bonitatem. et quod in
rei propinquius bonitati est que
recipit eam operatione una per
unam. et quod rei longinquius
a bonitate est res que recipit
eam operationibus multis. sicut est
in corporibus hominum. corporum enim
sunt que sunt sana absque
operatione. et aliis aliquem exercitium
minutorum. Et ex eis sunt que
non suscipiunt sanitatem nisi
ut laborent pluries ambulacionem et exer-
citium et curacionem mul-
tam. et ex eis sunt que non sus-
cipiunt sanitatem quamvis
laborent et exerceantur multum
quamvis cupiant tota cupidi-
tate. Et dico iterum quod rec-
tificationes rei unius factio-
res et leviores sunt rectificatio-
nibus eius multis. et rectifica-
tiones rei semel et ubi sunt
faciliores quam rectificationes
eius multotiens. et cum res re-
cipitur operatione una et
paucioribus duabus est facilior quam
que suscipit operationibus multis.
et omne quod sic recipitur ope-
rationibus multis est vehemen-
tior et difficilior. Secundum ergo hoc
oportet ut intelligamus et recipia-
mus operationes stellarum dico scilicet
quantitatem operationum aliarum
et plantarum. operationes enim hominis
et eius actiones sunt multe. cum

potest dirigere res multas. et
ideo multiplicantur eius operationes
et plures actiones. Sunt autem opera-
tiones non sunt propter ipsum sed sunt
propter rem aliam. cum non est res
integra bonitate. res autem
integra bona non indiget opera-
tione qua sit bona. cum ipsa est
finis propter quod est omnis operatio
et actio. et complementum operatio-
nis est per rem efficientem
operationem propter quam fit aliquam
et propter rem propter quam agit efficiens.
Redeamus ergo et dicamus quod ex
rebus sunt que recipiunt rem
bonam per operationem unam. et ex
eis sunt qui recipiunt eam per
operationes multas. Summum opera-
tiones multe facilius est eas recipi-
ere et scandere ad hoc ut conse-
quantur illam bonitatem. bo-
num enim et complementum est sic
dispositum nunquam non indiget operatione
qua fiat bonum. et ex rebus
sunt que sunt propinqua ei
per operationem paucam. et ex re-
bus sunt que sunt propinqua
ei per operationem multam. et ex
eis sunt quas non est possibile ex
ei appropinquare omnino. sed sufficit
eis sunt propinque rei ultime
et appropinquant bono. et sic est ter-
ra ut quod sanitas est ulti-
mum et est complementum
et ex corporibus quedam sunt
appropinqua sanitati complete

per operationem parvam et sunt sana
et alia sunt que licet tamen non sint
recipiunt sanitatem per extenuationem cor-
poralem. et alia sunt que sunt
sana per cautelam multam. et alia
sunt que nunquam suscipiunt sanita-
tem per cautelam sed per operationem
multam. licet igitur motum mul-
ti cuiusque corpora sunt principii
sanitati complere. Et dico
etiam quod ex corporibus sunt que
non possunt esse sana. et est eis
possibile post ut tamen custodiantur
et alia sunt quibus per unam sit
esse plus cautela. sed est plus post
ut tamen sint extenuata cum
quadam extenuatione. im-
possibile autem horum corporum est esse
preter finem sui corporis. Et dico
etiam sermone aggregato quod
perfectio omnis rei ex rebus est ut
suscipiat complementum uni-
versaliter. si autem non potest illud non
dubium et melius est ut suscipi-
at completo bono. omnis et
quod magis ei appropinquatur
est magis completum et me-
lius. quia ideo fit ut terra non
moveatur omnino. et factum est ut corpora
que approximant ei moven-
tur motibus paucis. quoniam non
pervenerunt ad ultimum sed recipi-
unt rem que potest recipere
eam principium divinam scilicet
modum post rei et virtutem suae.
celum autem primum suscipit re-
eam motu uno veloci. corpora
vero media que sunt inter primum
et corpus ultimum recipiunt eam
etiam motibus multis. Et volo
nunc etiam ad solvendum questionem secundam
et est mirabile primo videre motum
unum sunt stelle multe que
non comprehenduntur. et in unoquoque
reliquorum orbium invenimus mo-
tus multos et stella una. Di-
co igitur quod nunc est dicendum. ita ex eis que
ex necesse est quod orbis primus
est principium virtutis et cause
multa omnis unius prime quia
vincunt omnes valde. quia ideo fit
quod orbis primus comprehendit
corpora multa et fit quod omnis
orbis ex reliquis orbibus compre-
hendit stellam unam. Et dico
etiam quod hic sufficit quod orbis
primus existens unus movet cor-
pora multa spiritualia. et scimus
quod isti orbes existentes multi
movet unumquodque eorum cor-
pus unicum. quod est quia omnis orbis
ex orbibus habentibus non mo-
tibus multis. et orbis primus
non motu uno. secundum igitur hoc
temperavit natura inter motus
et ordinavit eos. et posuit eis
compositionem et ordinem. et dico quod dedit
motum unum corpori multa et
dedit corpori uni motus mul-
tos. et dico etiam quod non est mul-
torum invenimus motus diversos
stella una. nisi ex multis cor-

i. stellas multas

i. stella una

movet corpora multa, scilicet orbis continentes orbem stellarum que sunt in eo hesitantes; orbis autem postremus, scilicet continens stellas hesitantes, incedit recte secundum ipsius motibus multis, et omnis orbis ex eis est compositus, ut sit operatio orbium qui revolvuntur et volvunt stellam hesitantem operatio similis est universo corporum motum, et operatio ipsius uni tantum. Si autem esset in unoquoque orbium hesitantium stelle multe, esset orbis velocium maior et prius, cum ipse moveret orbes qui sunt post ipsum motu diverso et volveret eos, et in unoquoque eorum essent stelle multe. Nos autem multotiens iam diximus quod omne corpus eternum sit inveniens finem. Secundum igitur hanc causam unum est in unoquoque orbium hesitantium stella una tantum. Iam igitur manifeste expositum est de figuratione stellarum, et quid sunt motus et ordines, et sub ea earum et figura earum et loci et ipsarum compositio declaratione sufficiente persuadente.

Volo autem nunc iterum narrare de modum terre et in quiete de ea et de loco eius, et an sit ex rebus quiescentibus an ex rebus que moventur.

Dico igitur quod primum diversificati sunt in motu eius, et quod omnis qui est iuxta quod celum est finitum dixit quod terra locata est in medio. Secta autem Pictagore est et qui sunt sub Italia diversificantur ab illis et dixerunt quod ignis est locatus in medio, et quod terra est una ex stellis, et quod ipsa movetur super medium et incedit in motu suo circulari, et fiunt ex motu eius circulari nox et dies. Et posuerunt etiam aliam oppositam huic terre et nominaverunt eam anticthon. Et non dixerunt hunc in hoc sermone et iudicaverunt hanc sententiam in rebus cum ipsi non invenerunt veritatem ex manifestis rebus. Et ceteri multi etiam sunt sicut illi, scilicet quia ipsi pretermiserunt visum et adduxerunt quasdam voluntates, deinde venerunt ad affirmandum ipsam voluntatem. Et dixerunt alii multorum priorum sicut dixerunt illi, et non posuerunt locum terre medium, et dixerunt quod terra posita non est in medio. Et quare ipsi non firmaverunt sermonem suum ex visu neque ex ratione, sed ex quibusdam sermonibus priorum, quod est quia ipsi putaverunt quod necesse est rei nobili preciose ut sit in loco nobili, et quod ignis est nobilior terra, et quod finis loci est nobilior medio, et quod

pars medii mundi est stativa. Et
posuerunt quod corpus suum ex illis ij
modis quos diximus. Et non confi-
tentur quod terra sit fixa in
medio orbis. immo ignis loca-
tus est in medio orbis. Et secte
vero quibus pithagore dixerunt tamen quod
super hanc causam quam nos diximus sit
ignis in medio. quod est quia
extimas aut oportet conservari extre-
mitates nobiles. in mundo autem non
est quod sit nobilius eo nisi
ignis. medium autem est conser-
vans res. quia ipsi non sciunt nisi
medium per contrarium extremitate
scilicet locum ponere. Et non dixit
hunc sermonem nisi quoniam igno-
raverunt intentionem medii. me-
dium autem absolutum cadit super
intentiones duas. quarum una est
super medium corporis magni-
tudinis. et est terra super medium non
aliud. Et dixerunt quod in medio eius
quod ipsum est intentio una. et
nos autem ostendemus quod non est me-
dium aliud. et medium corporis
unum. Et similiter quod convenit no-
bis ut intelligamus celum co-
cum tamen et non est necesse eius ipsi
hanc causam quam diximus ut indi-
geant super se medium totum et
ut non ponant centrum tante
eius et conservans res. sed conve-
nit eis ut inveniant dequie-
tate medii et in quo loco est et
quod medium simile est nobi-
lius. medium autem loci est sic
ut sit postremum et ut non sit
primum. quod est quia medium
est terminans et concomitans terminatum. Iam
quod complevimus narrationem loca-
tionis et figure eius

Volo nunc tamen referre diver-
sitatem priorum in quiete
terre et motu eius. Dico quod quod
primi diversificati sunt in quiete
eius et eius motu. Ex eis et
fuerunt qui narraverunt
illud et dixerunt quod terra non
est in medio. Deinde dixerunt
quod terra super medium movetur
Deinde dixerunt tamen quod non
est hec terra tantum. sed est terra a-
lia que nominatur antipos. sicut
dixi ... que preterierunt. Et ex
eis fuerunt qui dixerunt quod
possibile est ut sint corpora mul-
ta. scilicet terre multe sicut hec terra
que moveantur super medium
vertuntur occultata a nobis
propter coopertionem huius terre
facientis illud tamen. similiter faciunt
faciunt illud tamen. Et dixerunt quod
quoniam terra non est centrum et est
longinqua a medietate cir-
culi sui non permutantur stelle
propter illud apparentes quando cadunt
sub illis; nec cum nos non
sumus in centro et similiter luna
est locata in medio non occul-
tantur a nobis stelle que sunt in
medietate celi cum nos

elongaremur a polo. Et etiam
fuerunt qui dixerunt quod ipsa
terra locata est in medio et quod
ipsa movetur et revolvitur super orbem
qui dicitur orbis super extentus super
istud medium qui dicitur meridies.
Et dico etiam quia antiquum est
dixisse diversitatem istam terram. Et quidam
sunt qui dixerunt dilatationem figure
terre. Et etiam sunt qui dixerunt quod ipsa
terra esset figura timpani. Et testi-
ficaverunt ad signum istius
quod sol cum occidit et oritur
occultatur eius ad longitudi-
nem non ad rotunditatem. Sed si
ipsa esset rotunda oporteret
ut esset sua declinatio rotun-
da. Et non dixerunt hunc sermo-
nem nisi quia omiserunt suam cogita-
tionem in longitudinem solis
et magnitudinem revolutionis
eius. Et quod ipse videtur ex lon-
ginquo longius esse recte cir-
culus [illegible] partibus. Ipsi enim [illegible]
ex longinquo equales. [illegible]
autem conveniunt ne negarent
quod altitudo terre est rotunda
per dispositionem causa dixi de errore
sensuum. Et ut verificarent
quod ipsa est [illegible] ro-
tunda. Et quidam etiam ipsi dimiserunt
verificare aliud et dilexerunt ut
affirmarent sermonem suum
per illud quod dicunt quod terre figura
non est figura nisi figura timpani
propter dispositionem quietis

eius. Et queritur propter figuram
illam. Nos [illegible]. Dico quod sermo-
ne aggregato quod sententi-
e iste et ingenia que dixe-
runt antiqui in motu terre et
eius quiete multiplicantur
valde. Et causa [illegible]
verunt antiqui [illegible]
sunt eis necessaria est nobis ut
ea rememoremur. Dico ergo quod
[illegible] non
[illegible] fuerit cogitatio eius
[illegible]
cione est. Quod nos fortasse ac-
cepimus partem terre par-
vam et elevamus eam super
terram. Et si nos dimitteremus
eam non staret in loco suo sed
fugeret in loco aeris in quo di-
misimus, sed descendit inferius et
quanto plus fuerit pars
te magis gravior erit velo-
cior motus eius ad descenden-
dum. Et si aliquis acciperet
totam terram de ubi ele-
vat eam et dimitteret [illegible]
[illegible] et non removeretur a loco suo
[illegible] nec descenderet inferius [illegible]
[illegible] ergo figetur hoc grave to-
tum. Mirabile ergo hoc non est. Et
dico etiam si acciperet ipso aliquam
partium terre et elevet eam super
terram deinde dimitteret eam
et removeat terra ex loco suo
antequam veniunt partes [illegible]
caderent ille partes super eam

uso remanent tamen loco suo
aeris in quo dimisse fuerint
in quiete sunt tamen in loco super
cuius ceciderint postquam attenuate
partes ab eo. Sed inveniuntur iste
nunc tamen non sit [illegible] in
levitas quam descendant [illegible]
aut inferius velocius dum
usque [illegible] erit aliquid. ¶ Dico
ergo quod inquisitio antiquorum
et de causa cognitionis huius-
modi levitatis eorum unico
est per istam viam. ¶ Quoniam questiones
aut responsum in hac questione
quam dixerunt antiqui omnes
in ipso omnia sunt simplices. Oportet
aut unicum sit simpliciter
ad imitationem extra est plus quam
ad imitationem questionis et inquisitio-
nis quam dixerunt. ¶ Quod est
[illegible] ex eis fuerunt qui dixerunt
quod profundum non esset etiam in-
ferius aut infinita. Tamen fun-
damentum eius et intellectus
sunt ad infinitum. Sicut dixit qui-
dam ex hiis de [illegible] et
non dixit huius sermonem nisi
certe res et quia causa [illegible]
venit ab eo et earum occasiones.
¶ Simplicius autem derisit eum et dixit
[illegible] et [illegible] ex
ipso destructionis et [illegible]
dicentium et etiam cum non esset
profundum et intellectus tamen non est
[illegible] propter paupertatem cognitionis
eorum de scientia totius. ¶ Et ex eis

fuerunt qui dixerunt quod ter-
ra locata est super aquam et est
reperitur huius sermonis causa
quorum et dicit de isto decimo
[illegible] et quod terra natat super
aquam sicut lignum et similia ligno
quasi figuntur et stat sicut
lignum. Lignum enim et que sunt
ei similia non figuntur super aerem
in stante sed figuntur et stant
super aquam. ¶ Et obviat quod
dictor huius sermonis quod ser-
mo in terra et aqua deferente
terram est unus. Quod est quia
aqua est non figitur in stat in
aere suspensa. Sed stat super aliquod
aliud locatum quod sustinet
eam. ¶ Et dico item quod aer
est levior aqua et quod aqua
levior terra. Sicut illud est ma-
gis est [illegible] ut leve sit sursum
in. ¶ Et dico item quod terra
tota [illegible] ut stet supra
quam. Item nos autem non videmus
nunc quod illud sit. Immo omnis
pars terre est sursum super
aquam descendit usque quo per-
veniat ad profundum aque. Et tamen
plus est pars terre maior est
velocior eius motus ad profun-
dum. Item [illegible] qui inveni-
gant et inquirunt in tantum
[illegible] finis potentie sue et non
ad finem questionis et inquisitionis
et hec quidem est consuetudo
omnium [illegible] non [illegible]

os singulariter dixit solus. Inquit
enim idem et simile esse et patiens et fa-

ciens. Non enim contingit altera et diversa
pati adinvicem, sed si et altera en-
tia faciunt adinvicem non secundum
quod altera, sed secundum quod idem
aliquid existit, secundum hoc
contingere eis. Que quidem igitur dicta
sunt. Videntur autem hoc modo di-
centes sibi contraria videri
dicere. Causa autem contradictionis quoniam
oportet totum aliquod inspicere,
partem aliquam dixerunt utrique.
Simile enim et omnino omnino indif-
ferens rationabile non pati ab al-
tero. Quid enim magis erit acti-
vum aut passivum alterum? Si autem simile
pati aliquid, et ipsum a se ipso.
Quamvis sic se habentibus nichil
utique erit neque incorruptibile neque
immobile, si simile secundum quod
simile activum. Ipsum enim se ipsum move-
bit omne. Et omnino alteratum
tum et nullatenus idem est similiter.
Nichil enim patietur albedo a linea, neque
linea ab albedine, preterquam forte
secundum accidens, puta si accidat
albam aut nigram esse lineam.
Non expellunt enim se ipsa alterutrum
quecumque neque contraria
neque ex contrariis sunt. Sed
quoniam non quodcumque innatum
est pati aut facere, sed quecumque aut
contraria sunt aut contrari-
etatem habent, necesse est faciens
et patiens genere quidem simile esse et idem,
specie autem dissimile et contrarium.
Innatum est enim corpus a corpore

re sapientem a sapore, colorem a
colore pati. Ut autem omogenee
ab omogeneis. Causa autem
est quoniam contraria in eodem genere omnia.
Faciunt autem et patiuntur contra-
ria ab invicem. Quare necesse quali-
ter eadem esse faciens et patiens,
qualiter autem altera et dissimilia ab
invicem. Quoniam autem faciens
et patiens genere quidem eadem et simi-
lia, specie autem dissimilia et contra-
ria talia. Manifestum quod et activa
et passiva invicem sunt et contra-
ria et media. Et universaliter generatio
et corruptio in hiis. Ideo et rationabile
ignem iam calere facere et frigidum
infrigidare, contrarium autem hec.
Ideo et activa et passiva. Et universaliter fa-
ciens assimilare sibi ipsi pati-
ens. Faciens enim et patiens contra-
ria sunt, et generatio in contrarium,
quare necesse est passum in faci-
entis transmutari. Sic enim in con-
trarium erit generatio. Et secundum ratio-
nem autem non eadem dicentes
ambo similiter tangere naturam.
Dicimus enim pati quandoque subiectum, ut
hominem sanari et infrigidari et cale-
fieri et alia eodem modo, quandoque autem cale-
fieri frigidum, sanari laborantem. Ambo
sunt vera. Eodem modo et de fa-
ciente. Quandoque enim hominem dicimus calefacere,
quandoque autem calidum. Est autem sic materia
quod patitur, est autem sic contra-
rium. Ad idem igitur respicientes
idem estimaverunt facere et pati quidem

de moveri et movere. Dupliciter enim
dicitur et movens. In quo enim principi-
um motus, dicitur hoc movere.
Principium enim primum causarum. Et
iterum ultimum quod movetur ad genera-
tionem. Similiter autem et de faciente. Et enim
medicum dicimus sanare et
vinum. Primum quidem igitur movens
nichil prohibet in motibus immotum
in mobile esse, in quibusdam autem et
necessarium, ultimum autem semper movere
motum. In actione autem primum
quidem impassibile, ultimum autem
et ipsum patiens. Quecumque enim non habent
eandem materiam faciunt impas-
sibilia entia, ut medicina,
ipsa enim faciens sanitatem nichil
patitur a sanato. Cibus autem fa-
ciens et ipse patitur, aut enim cale-
fit aut infrigidatur aut aliud
aliquid patitur simul faciens. Est
autem medicina ut principium,
cibus autem ultimum et tangens. Quecumque
igitur non habent in materia formam, hec quidem
impassibilia activorum, quecumque
autem in materia passiva. Ma-
teriam quidem enim dicimus esse eandem simi-
liter ut ita dicam esse contrariorum
utrumlibet ut genus ens. Potens
autem calidum esse presente calefaci-
ente et approximante necesse calefi-
eri. Ideo sicut dictum est, hec quidem fac-
torum impassibilia, hec autem
passibilia. Et quemadmodum in mo-
tione eodem modo et in factione. Ibi enim
primum movens immobile.

et in effectivis primum faciens
impassibile. Est autem effectiva
causa ut unde principium mo-
tus. Cuius gratia autem causa non factivum. Ideo
sanitas non factivum nisi secundum me-
taphoram. Et enim faciens cum
existit generatur aliquid patiens.
Habitibus autem presentibus non adhuc
generatur aliquid patiens, sed est
iam. Species autem et fines habitus
quidam. Materia autem secundum quod materia
passivum. Ignis igitur habet in materia
calidum. Si vero aliquid separatum
calidum erit, hoc non patietur. Hoc
quidem igitur forsitan impossibile esse separatum.
Si autem sunt quedam talia, in
illis erit quod dicitur verum. Quo-
modo quidem facere et pati et quibus existit
et qualiter determinatum sit hoc
modo. Quomodo autem contingit hoc ac-
cidere rursus dicamus. Aliis quidem
videtur pati unumquodque per
quosdam poros ingrediente
faciente ultimo et principaliter. Et
sic modo videre et audire nos
inquiunt, et sensus alios senti-
re omnes. Amplius videri per aer-
em et aquam et perdiaphana,
quia poros habent invisibiles
quidem propter parvitatem, spissos
autem secundum ordinem, et magis
habent diaphana magis. Aliis
quidem igitur in quibusdam ita determina-
verunt, quemadmodum et Empedocles, non
solum in facientibus et patientibus,
sed et misceri inquiunt quorum po-
ri sunt ad invicem commensurabi-
les. Via autem una maxime et de omni-
bus uno sermone determinaverunt
Leucippus et Democritus, principium facien-
tes secundum naturam que est. Quibusdam
enim antiquorum opinatum est
ens ex necessitate unum esse et immo-
bile. Vacuum enim non ens. Moveri
autem non posse non ente vacuo
separato. Sed neque multa esse
non ente segregante. Hoc autem nihil
differre si quis existimet non
continuum esse omne, sed tangere di-
visum, quam dicere multa et non esse unum
et vacuum. Si enim undique divisibi-
le, nihil esse unum, quare neque mul-
ta, sed vacuum esse totum. Si autem hac
quidem, hac autem non, fictitium
aliquid hoc videtur. Usque ad
quantum enim et propter quid hoc quidem ita
habet totius et plenum est, hoc
autem divisum. Amplius autem simili-
ter necessarium non esse motum. Ex hiis
quidem sermonibus ultra transcenden-
tes sensum et despicientes eum
ut ratione convenientes oportere sequi,
unum et immobile esse omne dicunt
et infinitum quidam. Finem enim fi-
nire utique ad vacuum. Hii quidem igitur ita et
propter has causas enuntiaverunt de veri-
tate. Amplius autem in sermonibus quidem
videtur hec contingere, in rebus autem
dementie simile opinari ita. Ne-
que enim dementium egredi tantum
ut ignem unum existimet et gla-
ciem, sed solum bona et apparentia

propter consuetudinem. Hec quidem enim
propter dementiam videri videntur.
Differentes Leucippus autem existimavit ha-
bere sermones, qui ad sensum
confessa dicentes non destru-
ent neque generationem neque corruptionem neque
motum et multitudinem entium.
Confitetur autem hec quidem apparen-
tibus, constituentibus autem unum
ut non ente motionem sine
vacuo facientes, vacuum autem non
ens, et entis nichil non ens inquid
esse. Principaliter enim ens plenum ens.
Sed omne quod tale non unum sed in-
finita multitudine et invisibilia
propter parvitatem massarum. Hec autem
in vacuo ferri, vacuum enim esse, et con-
stantia generationem quidem facere, disso-
luta autem corruptionem. Facere autem
et pati secundum quod existunt tan-
gentia, secundum hoc enim non unum
esse, et composita et complicata gene-
rare. Secundum autem veritatem ex
uno non utique generari multitu-
dinem, neque ex vere multis unum, sed esse
hoc impossibile. Sed ut Empedocles et alio-
rum quidam aiunt pati per poros,
ita et omnem alterationem et omne pati
hoc modo generari, sed vacuum
facta dissolutione et corruptione, simi-
liter autem et augmentationem subintran-
tibus solidis. Fere autem et Empe-
doclem necesse est dicere ut Leucippus. Inquid enim esse
quedam solida et indivisibilia,
si non ubique pori continui sunt.
Hoc autem impossibile. Nichil enim aliud
solidum erit preter poros, sed omne va-
cuum. Necesse ergo quidem tangentia
esse indivisibilia, media autem eo-
rum vacua, quos ille dicit po-
ros. Ita autem et Leucippus dicit de facere
et pati. Modi igitur secundum quos quidem
hec faciunt, hec patiuntur, fere
sunt dicti. Et de hiis quidem et quomodo di-
cunt manifestum est, et ad con(fessionem) ponentes
quibus utuntur fere consequentes vi-
dentur. Aliis autem minus,
sed Empedocli quomodo erit corruptio et gene-
ratio non manifestum. Hiis enim indivi-
sibilia prima corpora, forma
distantia solum, ex quibus pri-
mum componuntur et in que
ultimo dissolvuntur. Empedocli autem alio-
rum manifestum quoniam usque ad elementa habent genera-
tionem et corruptionem, ipsorum autem ho-
rum quomodo generatur et corrumpitur
coacervata quantitas, neque manifestum
neque contingit dicere non dicenti et ig-
nis esse elementum, similiter autem et aliorum om-
nium, ut in Tymeo scripsit Plato.
Tantum enim differt ut non eodem mo-
do Leucippo dicat, quoniam hic quidem solida,
hic quidem plana dicit indi-
visibilia, et hic quidem infinitis termina-
ri figuris indivisibilium solidorum
unumquodque, hic autem terminatis.
Cum indivisibilia dicat quidem et
terminata figuris. Ex hiis utique ge-
nerationes et segregationes. Leucippo
quidem duo modi erunt utique et per
vacuum et per tactum. Sic enim
indivisibile unumquodque. Platoni autem

secundum tactum solum. Vacuum
et non esse inane. De indivisibi-
libus quidem planiciebus ex primis
impartibilibus sermonibus. de indivi-
sibilibus autem solidis consequens dicere
accidentia relinquentes nunc. Et
quod parum digredientes dica-
mus necesse et impassibile
unumquodque dicere indivisibilium
non possibile pati nisi per vacuum.
Et nullius activum passionum. Ne-
que enim possibile esse calidum. Et hoc
inconveniens solum dare cir-
culare figure calidum. necesse enim
contrarium et frigidum alicuius
adaptare figurarum. Inconve-
niens autem si hec quidem existit
dico autem caliditas et frigiditas. gra-
vitas autem et duricia et levitas
et mollicies non existit. Sed tamen gra-
vius secundum excedentiam inquit
esse Democritus unumquodque indivisibi-
lium. quare palam minus et calidum
rarum autem et circa non pati eadem
[illegible] impossibile. [illegible]
supexcedente calido [illegible]
contrarium [illegible] durum [illegible]
le. molle autem in patiendo [illegible]
quod dicitur. [illegible] molles.
tamen inconveniens si nichil existit
nisi solum figura. et si existit unum
autem tantum [illegible] hoc quidem si [illegible]
hoc autem [illegible] esse una [illegible]
[illegible] unumquodque autem [illegible]
ta unum indivisibile esse [illegible]
eos [illegible] passiones. quare [illegible]

patiatur secundum quod infrigidatur
secundum id et aliud autem patietur
eos autem modo et de aliis passionibus.
Hoc enim et solida et planicie dicen-
tibus indivisibilia contingit. Ne-
que enim rarius neque densius pos-
sibile esse. gesta(?) inanitio non ente
in indivisibilibus. Amplius autem in-
conveniens et parva quidem indivi-
sibilia esse. magna autem non. Nunc
enim magis [illegible] maiora [illegible]
fringuntur quam parva. hec enim
dissolvuntur parva faciliter. ut
que magna quidem prohibentur ex-
istentia. indivisibile autem [illegible] quam
magis quam magnitudine existit p-
nu. Amplius autem utrum una omnium
natura solidorum aut differt
alterum ab altero. quemadmodum si hec
quidem esset ignea hec autem terrea
secundum tumorem. Si enim una natura
est una omnium quid divisit
autem tamen non sunt tangentia
unum quemadmodum aqua aquam
cum tangit. nichil enim differt
posterior aqua a priori. Si autem alia
qualia hec. et ponendum et hec po-
nendum principia [illegible] contingunt
causam magis quam figuram. Am-
plius autem diversa natura et facienti et
patienti approximantia adinvi-
cem. Amplius quid est quod mo-
vet. Si enim et aliud patiuntur
sicut ipsum seipsum movendo
autem divisibile erit secundum aliud
quod movens autem secundum alterum

continua existunt · et materia non
solum unius in actu sed et potentiam
enim; quare per poros in eo secundum mo-
dum partibus nec contingere · sicut in
et plenum poris superfluum poris · si e-
nim pateret aliquid omne et si non po-
ros haberet sed ipsum continuum eius pa-
tietur eodem modo. [C]ausa autem aliquo
contingere de videre et de incipiente ac-
cidere ut dictum · sed secundum tactum
contingit transire per diaphana
accidentia · sed per poros si plenus est
quid et differret aliquo poros habe-
re · omne enim sic erit plenum · si
vero vacua quid habet necesse autem cor-
pora in eis esse et idem contingit
iterum. [S]i autem talia secundum
magnitudinem ut non suscipi-
ant corpus aliquod; ridiculum
quid parvum existimare va-
cuum natura non esse · sed magnitudinem
vel autem naturam aliquod existi-
mare dicere nisi regionem corporum
quare manifestum quod omnium corporum
tumore tale erit vacuum. [U]niversaliter
autem poros facere superfluum · si enim quid
et nihil facit per tactum · neque per
poros faciet transiens · si autem
in tangendo et poris non entibus;
hi quidem patientur hec autem facient
ad invicem hoc sic innatorum.
Quoniam quidem ita dicere poros ut quidam
existimant aut mendacium
aut inane est manifestum ex hiis. Di-
visibilibus autem corporibus omnibus
entibus poros facere ridiculum.

secundum id enim quod sunt divisibilia
possunt separari. Quo autem ex-
istere generare entibus et facere et pa-
ti dicamus accipientes principi-
um dictum multociens. Si enim est ali-
quid potentia · hoc autem actu tale
innatum est non tantum aliquid
autem non; pati sed ubique secundum quod
tale est tale magis et minus
autem secundum quod tale magis et mi-
nus est · et sic poros magis dicet
magis · et in metallis extendi
passive velut continue sunt
nimium quidem immutatum; et magis eius in
passibile. [S]imiliter autem et non compu-
tantia · sed ubique in alio quam
facere innata sunt et pati · Di-
co autem verbi gratia · non solum tangens
calefacit ignis · sed et si longe sit
aerem · et ignis aer autem corpus
calefacit innatum et facere et
pati. [E]tiam autem existimantem
pati tamen non determinavimus in
principio hoc dicendum · si enim non ubique
divisibile est magnitudo · sed est
corpus indivisibile aut latitudo
non utique erit ubique passibile; sed
neque continuum · si autem hoc
mendacium et omne corpus di-
visibile nihil differt dicere divisum quidem
tangere autem divisibile esse · sed
segregari potest secundum tactum ut
inquiunt · et si non divisum est divisi-
bile divisum · generatur autem nullum
impossibile. [T]otum autem hoc iam generari
et sensum corporibus in modum venientes

destruitur et hic modus mixtionum
indemnis autem idem corpus con-
tinuum erit cum quod in humidum
sit coagulatum non divisione et eo
propter hoc faciens patiens in con-
versione tractum. sic autem demum in
et transmutatum in transmutans
[illegible] in transmutationem coagu-
latum ex humido generatum
est. in autem nunc misit durata et
coagulata individuis [illegible]
ribus. sed sicut omne humidum [illegible]
durum et coagulatum est. Am-
plius autem in augmentatione pre-
est et diminutioni non enim [illegible]
erit generatum magnus sicut
aliquid et non dico transmutatum
esse autem mixto alicuio aut ei
se transmutante. Quod quidem ge-
nerare et facere et generari et pa-
ti ad invicem et quod sunt et quod
mixtum quod non contingit
aut determinatum sed hoc intelli-
gitur autem videndo de mixtione
secundum eius modum metho-
di. hoc et tertium propositorum a prin-
cipio.

Perscrutandum est autem mixtio
quid sit et quod mixtibile
et quibus existentium et quod
sit aut tamen ne est mixtio an
hoc mendacium. Impossibile est et
alterum alteri misceri sicut dicunt qui-
dam existentibus et adhuc mixtis et non
alteratis non magis nunc mixta
esse inveniuntur quam prius sed sim-
sicut esse. altero autem corrupto non
mixta esse sed hoc quidem esse hoc autem
non esse. mixtionem autem similiter habentium
esse. eodem autem modo et si ambobus con-
venientibus corruptum est non enim
corporum alterum. non est esse mixta nul-
latenus entia. Hic quidem ut sermo
querere quid differt mixtio a
generatione et corruptione et quid mix-
tibile a generabili et corruptibi-
li. manifestum est enim utique differre sed
quia ipsa sunt entibus manifestum quoniam que
ta solventur utique. Neque enim lignum
igni misceri dicimus in misceri cum
comburitur in ipsam ipsius partium
in igne. Sed ignem quidem generari
[illegible] autem corrumpi secundum
modum eundem in corpore cibum
Cum figuram cere mixtam fig-
ure timorem. Neque corpus
et album nullatenus passionum
et habitum possunt esse mixta rebus. sal-
vata enim videntur. Sed enim in album
et dicam cum contingit misceri
aliud non separabilium aliquid.
Sed hoc dicitur quidem non bene quod i-
dea scilicet est et dicit et mixta esse sed
et omne omnium mixtibile. sed oportet ex-
istere separabile alterum mixtorum
passionum autem nulla separabilium
Quoniam autem sunt hec entium quedam
potentia hec autem actu. contingit mix-
ta esse quodammodo et non esse. actu quidem
ente alterius generato ex ipsis
potentia autem adhuc utrorumque
fiunt autem quia miscentur

et peremptiva esse. hoc autem sermo
consequitur prius. Videmus autem
que miscentur prius ex separa-
tis convenientia et convenientia
separari rursus. Neque manent
igitur actu album et corpus neque
corrumpuntur neque alterum neque am-
bo. salvatur enim virtus eorum. ideo si
quod dubitatur. Conti-
nuam autem huic questionem determinare utrum
ne mixtio ad sensum est. Cum
enim ita in parva dividuntur que et
miscentur et ponuntur ad invicem
hoc modo ut non manifestum sit unum-
quodque secundum sensum, tunc mixta
sunt aut non. Sed non est ut
quecumque secundum quantamcumque par-
ticulam mixtorum. Dicitur quidem sic vel
quod ordeum mixtum frumen-
to quodcumque secundum quodcumque
ponitur. Si autem est omne corpus
divisibile, si est corpus corpo-
ri miscibile omiomeres, quodli-
bet oportet partem iuxta omnem si secundum
quantamcumque. Quoniam autem non est in
minima dividi, neque compositio idem
et mixtio sed alterum. manifestum quod non
secundum parva salvata oportet que
miscentur dicere mixta esse. compositio
enim erit et non confusio neque mixtio
neque habebit eandem rationem toti par-
ticula. Dicimus autem oportere si mixtum
sit aliquid mixtum omiomeres esse
et sicut aque pars aqua, ita mix-
ti. Si autem secundum parva compositio
est mixtio nichil contingeret

horum, sed solum quod mixta ad
sensum. et idem huic quod mix-
tum si non videt quis acute
Lyncheo autem non mixtum. Neque
divisione ut quecumque secundum quam-
cumque partem. impossibile enim ita divi-
di. aut igitur non erit mixtio aut
dicendum quomodo contingit hoc rursus
generari. Est itaque ut dicimus
hec quidem activa hec autem
ab hiis passiva. hec igitur convertun-
tur quorum eadem est materia et
activa invicem et passiva ab in-
vicem. hec autem faciunt im-
passibilia entia quorum non ea-
dem materia. horum igitur non est mix-
tio. ideo neque medicina facit sa-
nitatem neque sanitas mixta
est corporibus. Activorum autem et
passivorum quecumque sunt fa-
cile divisibilia, multa quidem
paucis et magna quidem parvis
composita non faciunt mixtio-
nem sed augmentationem dominan-
tis. transmutatur enim alterum
in dominans. ut gutta vini
mille metretis amphore aque
non miscetur. solvitur enim species et
transmutatur in omnem aquam. Quando
autem potentiis adequantur
qualiter, tunc transmutatur alterum
utrum in dominans ex sui ipsius
natura. non fit autem alterum sed
medium et commune. Manifestum est igitur quod
hec miscibilia quecumque contrarietatem
habent hiis facientium. hec enim

sunt passiva ab invicem. Et parva autem parvis apposita magis faciunt. Et enim in invicem transmutantur. Et mitius et amplius hoc tardius operatur. Unde determinabilium et divisibilium passivorum miscibilia. Dividuntur enim parva facile. Hoc enim erat bene determinabile esse. Verbi gratia humida miscibilia maxime corporum. Bene determinabile enim maxime humidum divisibilium, si non viscosum sit. Et hec utique solum pluriora et maiora volumine faciunt. Quando autem alterum solum passivum erit vehementer, hoc autem valde parvum, aut quod ambo mixtum ex ambobus aut parum. Quod accidit in stagno et ere. Quedam enim balbutiunt ad invicem et ancipitia sunt. Videntur enim et mixta parum. Et alterum quidem susceptibile, alterum autem species, quod et in hiis contingit. Stagnum enim ut passio quedam existens sine materia eris pene evanescit. Et mixtum recedit colorans solum. Idem autem contingit et in aliis. Manifestum igitur ex hiis que dicta sunt et quod mixtio et quid est mixtio et per quid est. Et que miscibilia entium. Cum sint talia quedam que passibilia entium et bene divisibilia. Hec enim corrupta esse necessarium mixta, nec adhuc eadem simpliciter esse, nec compositum esse mixtionem corporum, nec ad sensum. Sed est miscibile quod cum bene determinabile sit passivum et activum, et tali miscibile ad omoionomum. Est enim miscibile. Mixtio autem miscibilium alteratorum unio.

De mixtione quidem igitur et de tactu et de facere et pati dictum est, quomodo existit transmutantibus secundum naturam. Amplius autem et de generatione et corruptione aliqua et simpliciter, et quo est et per quam causam. Similiter autem et de alteratione dictum est, quomodo alterari, et quam habent differentiam. Relinquitur autem considerare de vocatis elementis corporum. Generatio enim et corruptio omnibus natura consistentibus subsistentibus non sine sensibilibus corporibus. Horum autem materiam quidam unam dicunt, quidam inquiunt esse unam, puta aerem ponentes aut ignem aut medium horum, et corpus ens et separabile. Hii plura quam unum unam. Hii quidem ignem et terram. Hii autem et hec et aerem tertium. Hii autem et hec et aquam horum quartum, ut Empedocles. Ex quibus congregatis et segregatis aut alteratis contingere generationem et corruptionem rebus. Quod quidem igitur primi

prima et elementa vocatum isto dicere sic conse-
tium ex quibus transmutatis
aut secundum congregationem aut segre-
gationem, aut secundum aliam aliquam
transmutationem contingit generatio-
nem esse et corruptionem. Sed facientes
unam materiam preter predicta, hanc autem
separabilem et corpoream, peccant.
Impossibile enim sine contrarietate esse
corpus hoc sensibile. Aut enim leve
aut grave aut frigidum aut calidum necesse esse ip-
sum. Hoc quidem dicunt quidam
esse principium. Ut autem in Ti-
meo scriptum est nullam habet
determinationem. Non enim dixit aperte
si pandeces separatur ab elementis.
Neque utitur materia dicens esse subiectum
aliquod vocatum elementis prius, ut
aurum operibus aureis. Et certe
hoc non bene dicitur hoc modo dic-
tum. Sed quorum quidem alteratio est,
est; quorum autem generatio et corruptio,
illud impossibile vocari ex quo
generatum est. Sed tamen maxime verum lon-
ge est aurum unumquodque dicere unum-
quodque esse. Sed ille, et cetera, usque ad pla-
num facit dissolutionem. Im-
possibile autem materiam et nutricem pri-
mam planam esse. Nos autem
dicimus aliquam esse materiam sensi-
bilium corporum, sed hanc non separa-
bilem esse sed semper cum contrarie-
tate ex qua generantur elementa vo-
cata. Determinatum est de eis ma-
gis certum. Sed tamen quoniam quidem
sunt ex materia corpora prima,

determinandum est de his. Prin-
cipium quidem et primum existimantes
esse illam inseparabilem quidem
subiectam autem contrariis. Neque enim
calidum materia calido, neque hoc ca-
lido, sed subiectum ambobus. Quare primum
quidem potentia corpus sensibile
principium, secundo autem contrari-
etates, dico autem ut calidi-
tas et frigiditas, tertio autem iam ignis et aqua
et similia. Hec enim transmutantur ad
invicem, et non ut Empedocles ait et alii.
Neque enim esset alteratio. Contrarietates
autem non transmutantur. Sed non
minus corporis qualia et quan-
ta dicenda principia. Alii autem suppo-
nentes utuntur et non dicunt unde
hec aut quare. Quoniam igitur queri-
mus corporis sensibilis principia,
hoc autem est tangibile, tangi-
bile autem cuius sensus tactus, manifestum
quoniam non omnes contrarietates
corporis species et principia faci-
unt, sed solum que secundum tactum,
et secundum contrarietatem diffe-
runt, et secundum tangibilem contra-
rietatem. Ideo neque albedo neque nigre-
do neque dulcedo et amaritudo. Similiter
autem neque aliorum sensibilium con-
trarietatum aliquid facit elementum.
Quamvis prius visus tactu, quare
et subiectum prius. Sed non est corpo-
ris tangibilis passio secundum quod
tangibile, sed secundum quod aliud,
et si contingit natura prius.
Horum quidem prius tangibilium





diuidendum quod tractet que
prime dicte et contrarie tactus
sunt autem contrarietates secundum
tactum hec: calidum frigidum, sic-
cum humidum, graue leue, durum mol-
le, viscosum aridum, asperum
lene, grossum subtile. horum
autem graue et leue neque actiua
neque passiua sunt, non enim fa-
ciendo aliquid aliud neque pa-
tiendo ab alio dicuntur; oportet autem
actiua ad inuicem et passiua
esse elementa: miscentur enim et transmu-
tantur inuicem. Calidum et frigidum
humidum et siccum, hec autem quod actiua, he-
hec autem quod passiua dicuntur. cali-
dum enim est quod congregat ho-
mogenea, segregare enim quod
inquiunt facere ignem, con-
gregare est eiusdem generis, con-
tingit autem tollere aliena. Fri-
gidum autem quod coniungit et
congregat similiter singenea et non
eiusdem generis. humidum autem
indeterminatum proprio termino bene ter-
minabile existens. siccum autem
bene determinabile quidem proprio ter-
mino, difficile terminabile est.
Subtile autem et grossum et vis-
cosum et aridum et durum et molle et alie diffe-
rentie. Quoniam autem repletiuum est
humidum quia non terminatur quidem bene
terminabile autem est et quia sequitur
tangentem, subtile autem re-
pletiuum, subtile enim partibus et par-
uum partibus repletiuum, totum

enim totum tangit. subtile autem
maxime tale. manifestum quia subti-
le erit humidi, grossum autem
sicci. Viscosum similiter quod
humidi, viscosum enim humidum
passum aliquid est ut oleum. ari-
dum autem sicci, aridum enim quod
perfecte siccum, quare sequitur coagu-
latum propter defectum humi-
ditatis. Amplius molle quidem
humidi, molle enim quod submitti-
tur in se et non transmutat
quod facit humidum. ideo et non
est humidum molle sed molle
humidi. durum autem sicci, et
durum autem coagulatum est,
coagulatum autem siccum. Dicitur
autem siccum et humidum multi-
pliciter. opponuntur autem sicco et humi-
dum et madidum, rursum humi-
do siccum et coagulatum. omnia
autem hec sunt sicci et humidi primo
dictorum. Quoniam autem opponitur humido
siccum et madidum, quod est quod
habet alienam humiditatem in
superficie, madidum autem
quod in profundo. siccum autem
quod hoc priuatum. palam
quoniam madidum quod est humidi,
oppositum autem siccum primum sic-
tatem. autem humidum et coagu-
latum iterum. humidum est quod est
habens propriam humiditatem in pro-
fundo. madidum autem quod habet
alienam in profundo est humiditatem
extraneam. coagulatum autem quod

hec primarum quarum ipsum et horum est
hoc quidem sicca. hoc autem humida. V-
niversaliter est quod omnes alie differentie
reducuntur ad primas quatuor.
Hec autem non amplius in pauciores.
neque enim calidum quod frigidum neque quod
siccum. neque quod humidum. neque humi-
dum quod calidum aut quod frigi-
dum. neque frigidum quod siccum. neque ad in-
vicem neque sub calido et humido
sunt. quare necesse est quatuor
esse has. Quoniam autem quatuor elementa. quatuor
autem sex coniugationes. con-
traria autem non nata sunt
coniugari. calidum enim et frigidum esse idem
et rursum siccum et humidum esse im-
possibile. palam quod quatuor elementorum coniugationes
calidi et sicci. calidi et humidi. et
rursus frigidi et humidi. et frigidi et sicci. et consequenter
est hoc secundum rationem simplicibus
apparentibus corporibus. igni et aeri
aque et terre. ignis enim calidus et sic-
cus. aer calidus et humidus. ve-
lud evaporatio enim aer. aqua fri-
gida et humida. terra frigida et sicca. quare ratio-
nabiliter partiuntur differentie primis
corporibus. et multitudo eorum secundum
rationem. omnes enim qui simplicia
corpora faciunt elementa. hii quidem
unum. hii duo. hii tria. hii quatuor
faciunt. quicumque quidem unum dicunt so-
lum. si inde densitate et rarita-
te alia generant. hiis contingit
duo facere principia ut densum
et rarum aut calidum et frigidum. hec
autem activa. unum autem suppositum

puta materia. qui autem duo fa-
ciunt. ut Parmenides ignem et terram
media mixturam faciunt ho-
rum puta aerem et aquam. similiter autem et
qui tria dicunt. ut Plato in divisioni-
bus. medium enim mixtum facit.
et fere eadem dicunt et qui duo et qui tria
dicunt. preter quod hii quidem secant
in duo medium. hii autem unum
solum faciunt. quidam autem et
mox quatuor dicunt. ut Empedocles. congre-
gat autem et hic in duo. igni enim
omnia alia opponit. non est autem
ignis et aer et unumquodque dictorum sit
simplex. sed mixtum. simplicia
autem quidem talia sunt. non tamen
eadem. ut siquid simile igni sit
igneum non ignis. et quod aeri
aereum similiter et in aliis. Ignis
autem est superhabundancia calidi-
tatis sicut glacies frigiditatis. conge-
latio enim et fervor superhabun-
dancie quedam sunt. hec quidem
frigiditatis. hec vero caliditatis.
Si igitur glacies est congelatio
frigidi et humidi. ignis erit fervor
calidi et sicci. ideo nichil neque ex gla-
cie generatur neque ex igne. Exis-
tentibus autem quatuor simplicibus duo-
rum utrumque loci est. ignis autem
et aer eius qui ad terminum feruntur
terra autem et aqua eius qui in
medium. extrema quidem et pu-
rissima ignis et terra. media et mix-
ta magis aqua et aer. et utraque
contraria utrisque. igni enim contrarium

aqua aer terra. hec ex necessitate
ut paucorum consistentia sunt.
Simul tamen simpliciter non, set unius u-
num unumquodque. terra quidem magis
frigidi quam sicci. aqua autem ma-
gis frigidi quam humidi. aer autem
humidi magis quam calidi. ignis
autem calidi magis quam sicci.

Quoniam autem determinatum est prius
quod simplicibus corporibus
ex invicem generatio est, simul autem et secundum
sensum videtur generata. non enim esset
alteratio. secundum enim tangibilium passi-
ones alteratio. dicendum quis modus
eius que ad invicem transmutatio-
nis, et utrum omne ex omni possi-
bile aut quod hoc possibile, hoc autem im-
possibile. quod quidem igitur innata sunt omnia
ad invicem transmutari mani-
festum est. generari quidem enim in con-
traria et ex contrariis. elementa autem
omnia contrarietatem habent ad
invicem, eo quod differentie contrarie sunt.
His quidem enim ambe contrarie, ut
igni et aque. hoc quidem enim siccum et ca-
lidum, illud autem frigidum et humidum.
His autem altera solum, ut aeri et a-
que. hoc quidem enim humidum et cali-
dum, hoc autem humidum et frigidum.
quare universaliter quidem manifestum est quod
omne ex omni generari innatum
est. Iam autem et secundum unumquodque
videre non est difficile quomodo.
omnia quidem ex omnibus erunt. differt
autem in citius et tardius et facilius.
Quecumque quidem enim habent symbola ad invi-
cem, velox horum est trans-
mutatio. quecumque autem non habent,
tarda, quia facilius est unum
quam multa transmutari. puta
ex igne quidem erit aer, alte-
ro transmutato. hoc quidem erat
calidum et siccum, hoc autem erat
calidum et humidum. quare si vincatur
siccum ab humido, aer erit.
rursum autem ex aere aqua, si
vincatur calidum a frigido. hoc quidem
erat calidum et humidum, hoc autem frigi-
dum et humidum aqua est. quare trans-
mutato calido aqua erit. eodem
autem modo et ex aqua terra et ex terra ignis.
habent enim ambo ad ambo symbo-
la. aqua quidem enim humidum et frigidum, terra
autem frigidum et siccum. quare vincente
humido aqua est. et rursum quoniam
igni quidem calidum et siccum, ter-
re autem frigidum et siccum, si corrum-
patur frigidum, ignis erit ex terra.
quare manifestum quoniam circularis
erit generatio simplicibus corporibus,
et facillimus hic modus transmu-
tationis, quia symbola ex-
istunt in que deinceps. ex ig-
ne autem fieri aquam et ex aere terram,
et rursum ex aqua et terra aerem
et ignem, contingit quidem
fieri. difficilius autem est, quia plu-
rium est transmutatio. necesse
enim, si ex aqua ignis, corrumpi
et frigidum et humidum. et rursum
si ex terra aer, corrumpi frigidum
et siccum. similiter autem si ex igne et aere

aqua et terra. manifestum est et circulo et
transmutari. hec quidem [illegible]
causa predicta. Si autem invicem
est alterum uni corrumpi. facile
quidem non omnino est immutatio
mutatio. Sed ex igne quidem aqua
erit terra et aer. ex aere et terra
ignis et aqua. cum corrumpuntur
aque quidem ignis autem siccum. aeris
quidem erit. relinquitur autem humi-
dum calidum. humidi autem humidum.
cum autem ignis quidem calidum. aque
autem humidum terra. quia relin-
quitur humidum quidem frigidum humi-
dum autem siccum. Similiter autem ex aere et
terra ignis et ex terra aqua. cum
enim aeris corrumpitur calidum terre
autem siccum. aqua erit. relin-
quitur enim humidum humidum. humidum autem
frigidum frigidum. cum autem aeris humi-
dum et terre autem frigidum ignis genera-
tur. quia relinquuntur huius
quidem calidum. huius autem siccum
que erant ignis. confessa et
sensui ignis generatio. maxime autem
ignis flamma. hoc autem est fu-
mus ardens. fumus autem ex aere
et terra. Similiter autem que ex
consequenter quidem non contingit
corrupto uno alterum elementorum generari
ari transmutationem in neutrum
corporum. eo quod relinquuntur in ambobus
aut eadem aut contraria.
ex neutro autem contingit generari corpus
ut si ignis et aque corrumpatur
siccum. aeris autem humidum. relin-

quitur in ambobus calidum. Si autem
ex utroque calidum. relinquuntur contra-
ria siccum et humidum. Similiter autem et in aliis
in omnibus. In omnibus enim que consequenter
consistit hoc quidem idem hoc autem
contrarium. Quare simul sicut manifestum
quod que ex uno in unum sunt
fiunt uno corrupto generantur.
tur. que autem ex duobus in unum
pluribus. Quoniam quidem igitur omnia ex
omnibus generantur et quo modo in se in-
transmutatio generatur dictum
est. Speculemur adhuc et sic incipientes
de eis. Si enim naturalium corporum
materia ut videtur quibusdam aer
et aqua et que talia. necesse autem
unum esse aut duo hec aut plura. unum
nimirum quidem omnia unum sunt esse;
quidem aerem omnia. aut ignem aut
terram. si vero transmutatio in con-
trarium. Sic erit aer. Si quidem
permaneat alteratio erit et non ge-
neratio. Est autem non ita videtur
ut aqua sit simul et aer. aut
aliud quodcumque. erit igitur aliqua
contrarietas et differentia cuius habebit
aliquid alteram particulam ut
ignis. i. calidum tamen. Sed non
erit ignis aer calidus. alteratio
enim tale et non videtur. Simul autem rur-
sus si erit ex igne aer calido
in contrarium transmutante
erit. existet igitur aeri hoc et
aer frigidum aliquid. Quare impos-
sibile ignem aerem calidum esse. si
enim idem calidum et frigidum erit. aliud

aliquid quod aliud idem erunt et
alia aliqua materia omnium. est e-
nim id de omnibus; quare non
est unum eorum ex quo omnia.
At vero tamen aliud aliquid preter hec
velud medium aliquod aeris
et aque vel aeris et ignis, illorum
quidem grossius, horum autem subti-
lius; erit enim illud aer et ignis cum
contrarietate; sed privatio alte-
rum contrariorum; unde non contin-
git id solum esse nunquam ut
inquiunt quidam infinitum et con-
prehendens. Similiter quodcumque
horum aut quidem medium. Si igitur
nullum sensibile prius his,
hec utique erunt omnia. Necesse igitur aut
semper manentia et intransmutabi-
lia aut invicem transmutan-
tia. Aut hec quidem omnia aut hec
quidem, hec autem non, ut in Timeo
Plato scripsit. Quod quidem igitur trans-
mutari invicem necesse est, demon-
stratum est prius; et quoniam non similiter
cito aliud ex alio dictum est
prius, quoniam habentia quidem sim-
bolum citius generantur ex ad in-
vicem, non habentia autem tardius.
Si quidem igitur contrarietas una est
secundum quam transmutantur, necesse
est duo esse; materia enim medium
insensibile ens et inseparabile.
Quoniam autem plura videntur entia, duo u-
tique erunt minime. Duobus autem
entibus non possibile est tria esse, sed un-
que adinvicem. Tot enim coniugatio-

nes; sex autem existentibus impossibile est duas
generari, quoniam contrarie sunt ad
invicem. Deinde quod deficit prius.

Quod autem quidam transmutantur
adinvicem impossibile aliquod eorum
esse principium aut extremum
aut medium, ex his manifestum. Ex-
tremum quidem non erit, quoniam ignis
erunt aut terra omnia. Et est
id simul dicere ex igne aut terra
esse omnia. Quod autem neque medium,
ut videtur quibusdam aer quidem
in ignem transmutatur et in aquam,
aqua autem in aerem aut terram,
ultima autem non adinvicem. Oportet enim stare et non
in infinitum hoc ire. Hoc in utra-
que parte ad utramque. infinite enim con-
trarietates erunt in uno. Sit terra
G, aqua Y, aer A, ignis P. Si
utique A transmutatur in P et Y, con-
trarietas erit A P. Sint utique hee
albedo nigredo. Rursum si Y
in A erit alia: non enim idem Y et P.
Sit utique siccitas et humiditas, P
autem siccitas, Y autem humiditas.
Quare si quidem erit album existet
aqua humida et alba, si autem
non, nigra erit aqua; in contrari-
um enim transmutatio. Necesse igitur aut
nigram aut albam esse aquam.
Sit utique album primum. Similiter igitur
et P Y existet. Siccitas erit et P igitur
transmutatio in aquam. Contra-
ria enim existunt P et nigrum erat primum
deinde autem siccum, aqua autem humida.

deinde autem alb.

deinde aut(em) album. palam itaque
quia omnium ex adinvicem met
transmutatio et velocius et tardius in
quibusdam vero existunt reliqua. Item
duo simbola in igne et aere
hec et non contingunt in uno
eum aut(em) infinitum non est sic
ut quod futurum erat ostendere
ad hoc prius veniunt. Esto enim ex
lius si terra in illa ignis p. ma
liquid transmutatur et non revo
luitur. v. g. in x. contrarie
tas ignis et x. aqua existet pe
predicatam. nullus et idem simi
terum. f. h. a. p. quod x. sequitur
p. b. x. aut(em) f. b. aut(em) in uno in
omnibus existet f. h. a. p. trans
mutantium ad invicem. Si
et hoc quidem sit non determinatum
est, illud manifestum. quoniam sicut
x. in aliud. aliud erit contra
rietas. et non quod x. existet et
igni. Similiter aut(em) semper cum addi
to contrarietas aliqua existet
eis que ante. qua propter infinita
et contrarietates inesse uni ex
istunt. Si aut(em) hoc non contingat
re aliquid in generare, oporte
bit et si aliquid erit ex alio tot
transire qualitates et amplius
cuius propter in quedam numquam
erit transmutatio. v. g. si in
finita media. necesse est aut(em) sin
finita media. amplius aut(em) in ex a
re ignis si infinite contrarie
tates. Generantur aut(em) et omnia

unum. necesse et omnia existere infe
riorum. quidem p. quod superio
ribus aut(em) que inferiorum. quia sunt
omnia unum erunt.

Admirabitur aut(em) aliquis dicen
tes propria unio esse corporum non
transmutantia invicem esse cum
pedocles inquid quomodo erit dicens esse com
parabilia esse. Si cum dicit hec et
et equalia esse omnia. Si quidem secundum
quantitatem necesse idem aliquid
esse existens omnibus comparabi
libus quo mensurantur. v. g. si
ex aque pugillo erant aeris
pugilli x. erant aliquid idem
ambo si mensurantur eodem
Si aut(em) non sic secundum quantitatem
comparabilia. ut quantum
ex quanto. si quantum potest
v. g. si pugillum aque equa
liter potest infrigidare et x. aeris
et sic secundum quantum non secundum
id quod quantum comparabi
lia. si secundum id quod potest ali
quid. Sed erit aut(em) et non quanti men
suratim comparari. et secundum in po
se. si secundum proportiones. v. g. ut
hoc calidum hoc album. ut hoc
aut(em) significet in quali quod
sic. in quanto aut(em) equale. In
conveniens igitur videtur cor
pora immutabilia entia non
proportione comparabilia esse
si mensura potentiarum. et quod
esse equale calidum aut similiter ut
ignis tantum et aeris multiplex.

idem igitur quod plus est causa horum ge-
neque est talem siquidem rationem.
Sed neque augmentatio utique erit
secundum Empedoclem sed secundum adiectio-
nem. igne enim augetur ignis. au-
getur autem terra propriam genus,
ethera autem ethere. hec autem adici-
untur. videtur autem sic non auge-
ri que augentur. Multo autem
difficilius tradere de generatione
secundum naturam. que enim ge-
nerantur natura aut semper aut
multum. ea autem que preter semper
et multum a casu et a fortu-
na. que igitur causa ex homine hominem
aut semper vertit aut ut in plu-
ribus. ex frumento frumentum
sed non olivam, aut sic com-
ponatur os. ut contingit con-
venientibus nichil generatur
quemadmodum ille inquid, sed ratione
aliqua. quid igitur horum causa? non
est ignis aut terra. Sed tamen neque
amicitia neque lis. congregationis
enim solum. hec autem segregationis
causa. hec autem est substantia unius-
cuiusque. sed non solum mixtio et
separatio mixtorum quemadmodum
ille inquid. fortuna enim in hiis
nominatur sed non ratio. est enim misceri
ut contingit. natura autem causa
eius quod sic habere. et unicu-
iusque natura hec. de qua nichil
dicit. nichil enim de natura dicit.
Sed tamen hoc bonum. hoc et optimum.
hic autem solum mixtionem lau-
dat. et tamen elementa segregat non lis
sed amicitia, que natura prio-
ra deo. dei autem hec. Amplius
autem dicit simpliciter de motu. non
enim sufficit dicere quoniam amicitia
et lis movet. si non hoc fuerit
amicitie esse quod moveri tali-
ter. litis autem quod taliter. oportet igitur aut
determinare aut supponere aut de-
monstrare aut certe aut molli-
ter aut qualiter aliter. Amplius autem
quoniam videntur et preter violentiam moven-
tia corpora et secundum naturam velut
igitur ignis superius quidem non vi-
olenter inferius autem vi. Vi autem eius
est secundum naturam contrarium
est. est autem quod vi. est igitur et
secundum naturam moveri. Utrum
igitur amicitia movet aut non?
contrarium enim terram superi-
us et segregationi assimilatur,
et magis lis causa eius que
secundum naturam est motus quam
amicitiam. quare simpliciter preter
naturam amicitia erit ma-
gis. Simpliciter autem si non amicitia
vel lis movet, eorum corporum nullus
motus est nec mora. sed inconve-
niens. Amplius autem et videntur
mota. segregavit quidem li-
tis. ductus est autem superius ether
non a lite. sed aliquando quidem
aut a fortuna. sicut ille contin-
git currens. multotiens autem
aliter. aliquando inquid innatum
esse ignem superius agi. et ether

aut in quod ingredi celeriter sed
longas terre radices. Similiter
autem et mundum similiter se habere nunc
quod nunc sub lite et prius in ami-
citia. Quid igitur est quod movet
primum et causa motus? Non enim
amicitia et lis, sed cuiusdam motus
hec causa. Si enim illud princi-
pium. Inconveniens autem
et si anima ex elementis aut unum aliquid
eorum. Alterationes enim anime quomodo erunt?
v. g. musicum esse et iterum im-
musicum aut memoria aut
oblivio. Palam enim quod si quidem ignis
anima, passiones erunt ei quecumque
igni secundum quod ignis. Si autem
mixtum, corporales. Horum autem
nulla corporea. Sed de hiis quidem alte-
rius opus est contemplationis.

De esse autem ex quibus corpora
constituta sunt, quibus quidem
videtur aliquid esse commune aut transmu-
tari in invicem necesse, si alterum
horum et alterum contingere; quibus
autem non faciunt ex invicem genera-
tionem neque ut ex unoquoque nisi sic ut ex
pariete lateres, inconveniens
quomodo ex istis erunt carnes et ossa et
aliorum unumquodque. Hoc autem
quod dicimus et ex alterutris gene-
rantibus, quomodo generatur ex e-
lementis aliquid aliud preter hec?
Dico autem v. g. ex igne est aqua
et ex hac generari ignem. Est enim
aliquod commune subiectum. Sed et utique car-
ro et os ex eis generatur et medul-
la. Hec autem utique generantur quomodo?
Quicumque autem qui dicunt ut Empedocles quis
erit modus? Necesse est enim compositionem
esse sicut ex lapidibus et lateribus pa-
ries. Et mixtura utique hec ex salvatis
quidem erit elementis, secundum parva
ad invicem composita. Sic utique
caro et aliorum unumquodque. Con-
tingit utique non ex quacumque
parte carnis generari ignem
et aquam, sicut autem ex cera
generatur utique ex hac parte sphe-
ra, piramis autem ex aliqua alia,
sed contingit ex alterutro alteru-
trum generari. Sic autem hoc
generatur modo ex carne utrumque.
Sed dico. Est autem qui ita di-
cunt non contingit, sed ut ex pari-
ete lapis et lateres, alterutrum
ex alio loco et parte. Similiter autem
et facientibus eorum unam mate-
riam. Habet autem quandam aliquam
quomodo erit aliquid v. g. ex fri-
gido et calido aut igne et aqua. Si enim
est caro ex ambobus et neutrum
eorum, neque rursus compositio salvato-
rum, quod relinquitur nisi
materiam esse quod ex ambobus? Alterius
enim corruptio aut alterum facit aut
materiam. Quia est et calidum et fri-
gidum et magis et minus, quan-
do quidem est simpliciter alterum in actu,
alterum potentia erit. Cum autem non
erit omnino, sed ut quod calidum frigidum,
aut autem frigidum calidum, quia que
miscentur corrumpunt invicem

ad invicem. Et hec materia extremorum contrariorum. Adhuc autem in actu simpliciter medium secundum id vero quod magis est calidum vel frigidum. in potentia alterum secundum hanc rationem duplum calidum potentia quam frigidum vel triplum vel secundum alium modum erit mixta quidem alia ex contrariis aut elementis et elementa ex hiis potentia qualiter entibus. non ita ut materia secundum predictum modum, sed ut ita quod mixtum. illo vero materia quod mixtum est. Quoniam autem et patiuntur contraria secundum eam que in principio determinationem. est enim actu calidum potentia frigidum et actu frigidum potentia calidum. quia propter si non coequantur transmutantur in invicem. Similiter autem et in aliis contrariis. et primum ita elementa transmutantur. ex hiis autem carnes et ossa et que talia. calido quidem generato frigido. frigido autem calido. quando ad medium venerit. hoc enim neutrum. medium autem multum et non indivisibile. Similiter autem siccum et humidum et alia talia secundum medietatem faciunt carnem et os et alia. Omnia autem mixta corpora quecumque sunt circa locum medium ex omnibus componuntur simplicibus. terra quidem inest omnibus, quia unumquodque maxime et plurimum in proprio loco. aqua autem ex eo quod terminare quidem compositum. sola autem simplicium et bene terminabile aqua. Et amplius et terra sine humido non potest commorari. sed hoc est quod continet. si enim auferatur omnino ex ipsa humidum et decidet utique. Terra igitur et aqua propter has causas insunt. aer autem et ignis quoniam contraria sunt terre et aque. terra quidem aeri. aqua autem igni contraria est ut contingit substantiam substantie contrariam esse. Quoniam igitur generationes ex contrariis sunt. insunt autem altera extrema contrariorum. necesse est et altera inesse. quare et in omni composito omnia simplicia inerunt. Testificari autem videtur nutrimentum et cuiusque unusquisque. omnia enim nutriuntur eisdem et multis nutriuntur. et enim que videntur uno solo nutriri, ut aqua et plante. videntur multis nutriri. mixta enim est aqua terre. ideo et rustici temperantes miscentes rigant. Quoniam autem est nutrimentum quidem materie. quod nutritur autem coniunctum materie forma et species. rationabile iam solum simplicium corporum nutriri ignem omnium existentium generatorum. quemadmodum et priores dicunt. solum enim et maxime speciei ignis est. quoniam natum est ferri ad terminum. unumquodque autem natum est ad suum ferri regionem. forma autem et species omnium in terminis.

Quod quidem omnia corpora ex omnibus constituta sunt

simplicibus dictum est. Quoniam autem
sunt quedam generabilia et cor-
ruptibilia et generatio contingit circa
est medium locum, dicendum de omni
generatione similiter quot et que eo-
rum principia. facilius enim ita sin-
gularia inspiciemus cum de universali-
bus acceperimus primum. Sunt igitur numero
equalia et genere eadem principia
que et in sempiternis et primis.
hoc quidem est ut materia, hoc ut for-
ma; oportet autem et finem adesse. non enim ad
generationem sufficientia duo que
adsunt, sicut neque in primis. circa
generabilibus. possibile autem esse et non
esse causa. hec quidem enim ex necessita-
te sunt, ut sempiterna. hec
autem sunt ex necessitate non. horum autem
hec quidem impossibile non esse, hec autem
impossibile esse, quia non contingit esse
necessitate aliter. quedam autem possibilia
esse et non esse, quod est gene-
rabile et corruptibile. quandoque enim
est hoc, quandoque autem non est. quare necesse
circa generationem esse et corruptionem
quod possibile esse et non esse. Unde et mate-
ria quidem hec est causa generabi-
libus, finis autem quod cuius gratia
forma et species. hec autem est ratio uniu-
scuiusque substantie. Oportet autem et tertium ad-
esse quod omnes quidem sompniant,
dicit autem nullus. Sed hii quidem
existimaverunt causam suf-
ficientem esse ad generari ipsam speciei na-
turam, sicut in Phedone Socrates.
et enim ille increpans alios ut nichil

dicentibus supponit quia sunt en-
tium hec quidem species, hec autem
participantia speciebus, et quia esse
quidem unumquodque dicitur secundum speciem,
generari autem secundum transceptionem
et corrumpi secundum abiectionem. quare
si hec vera, species existimavit
causas esse generationis et corruptionis
ex necessitate. Hii autem ipsam
materiam, ab hac enim motum. neu-
trum autem dicunt bene. si enim
cause sunt species, quare non sem-
per generant continue, sed quandoque quidem quan-
doque non, existentibus et speciebus semper
et participantibus. Amplius autem
in quibusdam videmus aliud causam
entem. sanitatem enim et me-
dicus facit et doctrinam doc-
tor existente et sanitate ipsa et doc-
trina et participantibus. similiter et
in aliis secundum potentiam operatis.
Si autem materiam quis utique dicet
generare per motum, naturalius
utique dicet quam dicentes sic. alterans
enim et transfigurans magis causa ge-
nerandi, et in omnibus consuevimus di-
cere hoc esse efficiens, similiter et in
hiis que natura et in hiis que ab
arte, quodcumque utique motivum est.
Sed tamen neque hii recte dicunt. materie enim
pati et moveri, movere autem et facere
alterius est potentie. manifestum
in hiis que arte et natura ge-
nerantur. non enim facit ipsa aqua
ex seipsa [illegible] et [illegible] hoc
non dicunt recte. Secundum deinde autem

principaliorem priorem esse. Ad-
huc autem quod est esse et secundum
Tempus et potenciam corpori
attribuunt. Ipsi quidem generan-
tur valde organizate. Auferre
vel eam que est secundum speciem
effectionem omnium. Quare si magis
est ut inquirit natura magis se
gregare. Et in quod congrega-
re et [illegible] minime; hoc quod
facere hoc autem pati etiam dicit
et per hec alia generari et cor-
rumpi unde autem et sic igitur
motum pati. Tempus non sunt
faciunt ut sicuti serere et imp-
tum [illegible] attribuunt eam
corpori que generant neque secundum ver-
itatem dividi et incidere co-
equari et maxime [illegible]. Quoniam
si maxime valde facit et movet
igitur secundum quod movet non videtur
enim deficere quia organa suorum
autem et tantum prius deinde est de omni
et nunc determinandum est de materia
et forma. Tempus non tamen que
per alterationem defectivum est in
tantum perpetua est. Neque hiis
tamen et generationem esse continue
alteratio enim facit generationem esse
continue quod adducit generati-
onis. Autem in tantum priora
sunt dicta sunt primam trans-
mutationem alterationem. Si non
generationem [illegible] multum et rotunda
vivunt non erit generationem esse
esse quando non erit eum esse quod ser-

tur quidem est quod generat
autem non est. Et alteratio prima
generationis causa est
Quod autem supponitur esse et idem
tamen continue erit rebus
generatio et corruptio. Dicit autem
tamen esse alterationem generationis
materiam quod una erit alte-
ratione non attingit si aliquo que
sunt contraria. Idem utique
sumpsit similis semper idem innatum
est facere. Quoniam generatio erit semper
aut corruptio. Sed autem nunc
tales esse motus et contrarios alii
alteratione prima autem inveni-
tate. Contrarietas et eam contra-
ria. Sed non prima alteratio est
generationis et corruptionis est utique
que esse [illegible] contrariis
[illegible] et continuum [illegible]
motum secundum duos motus nec
esse et si erit semper continua ge-
neratio et corruptio semper motum
ut non deficiant transmuta-
tiones. Hec duo autem ut non autem
contingat solum. Continu-
itatem quidem quidem motus con-
alteratio est potentie non reti-
nentie inclinatio. Contingit
et quam longe ferri quam pre-
[illegible] non distancia eu-
re [illegible] est motum. Quo
est si in adveniendo [illegible] esse
generat et in recedendo et longe
fit id ipsum corrumpit. Et si in
[illegible] adveniendo

generat multotiens recedendo corrumpit; contrariorum enim contraria causa. Et inequali tempore et corruptio et generatio que est secundum naturam. Ideo et tempora et vita uniuscuiusque numerum habent et hoc determinantur. Omnium enim est ordo et omne tempus et vita mensuratur periodo, sed non eadem omnium, sed horum quidem minore, horum autem maiore. Horum quidem enim annus, horum autem maior, horum autem minor periodus est mensura. Apparet autem et secundum sensum consentientia hiis que a nobis dicta sunt. Videmus enim quoniam adveniente sole generatio est, recedente autem diminutio, et in equali tempore utrumque. Equalia enim tempora generationis et corruptionis que secundum naturam. Sed contingit multotiens in minori corrumpi propter ad invicem confusionem. Inequali enim existente materia et non ubique eadem necesse est et generationes inequales esse et has quidem citiores, has autem tardiores. Quare accidit propter horum generationem aliis fieri corruptionem. Semper autem, ut dictum est, continua erit generatio et corruptio et nunquam deficiet propter quam diximus causam. Hoc autem rationabiliter contingit. Quoniam in omnibus semper quod melius desiderare dicimus naturam, melius autem esse quam non esse

quot modis dicimus in aliis dictum est, hoc autem in omnibus non possibile existere propter longe a principio distare; reliquo modo complevit deus totum continuam faciens generationem. Sic enim quod maxime continuabitur esse, quia propinquissimum est substantie fieri semper generationem. Huius autem, ut dictum est multotiens, causa circularis latio; sola enim continua. Propter quod et alia quecumque transmutantur ad invicem secundum passiones et potentias, puta simplicia corpora, imitantur circularem lationem. Cum enim ex aqua aer fiat et ex aere ignis et rursum ex igne aqua, in circuitu dicimus circuire generationem quia rursum revertitur. Quare et recta latio consequens est que imitatur circularem continua est. Simul autem manifestum ex hiis quod quidam querunt, quare unoquoque corporum in propriam lationem regionem in infinito tempore non distant corpora. Causa autem huius est quod in ad invicem transmutatio. Si enim unumquodque maneret in sui ipsius regione et non transmutarentur ab eo quod iuxta, desisterent. Transmutantur igitur propter duplicem lationem. Quia autem transmutantur, non contingit manere nullum eorum in nulla regione ordinata. Propter quid quidem igitur est generatio et corruptio et propter

quia autem generabile et corrup-
tibile ipsam existimus que dicta
sunt.

Quoniam necesse est esse aliquid mo-
vens si motus erit ut dic-
tum est prius in aliis et si sem-
per motus quoniam semper aliquid
esse. et si continue unum idem et im-
mobile et ingenerabile et inal-
terabile. et si necesse est unum esse
movens. et si multi circulares mo-
tus movent aliquod multos esse
aut qualiter esse sub uno
principio continuo autem tempore cu-
m sit necesse continuum motum esse
si impossibile sine motu tempus esse. con-
tinuum igitur aliquod tempus numerus eius quod
continui. igitur circuli sicut in hiis que
in principio determinatum est. con-
tinuus autem motus utrum
eo quod continuum quod movetur an eo quod in
quo, velud locum dico aut passio-
nem. manifestum est quod eo quod. quomodo
enim passio continua nisi quod
res cui accidit continua est. si
autem et quod in quo loco solo con-
tingit. magnitudinem enim habet ali-
quam. autem huius quod circulare solum
continuum. quare ipsum sibi semper
continuum. hoc igitur est quod facit
motum continuum quod fertur
circulo corpus. motus autem
tempus. Quoniam igitur in continue moventi-
bus generationem et alterationem aut in-
transmutatione videmus quod
deinceps est generatum hoc post

hoc et non deficit. inspiciendum
utrum est aliquod quod ex necessitate erit
aut nichil. sed omnia contingit
non esse. Quoniam quidem aliqua
sunt est et mox erit et futurum
esse aliud propter hoc. quod aliquod
verum sit dicere quod erit oportet hoc esse
verum. quod autem nunc dicere futurum
quia futurum est: nichil
prohibet non generari. futurus
enim incedere quis non incede-
ret. Autem omnino contingit quedam
entium non esse manifestum quoniam et
que generantur ita se habebunt
et non ex necessitate hoc erit. utrum
autem omnia talia aut non sed
quedam simpliciter necesse est esse et
que ab omni necesse. hoc quidem
impossibile non esse. hoc autem possibile est
et non esse. circa generationem. verbi gratia con-
versione igitur necesse generari et non
possibile non contingere. utrum igitur quod
prius necesse generari si quod
posterius erit. verbi gratia si domus
est et fundamentum. si vero
lutum prius. igitur si fundamen-
tum generatum est necesse est
et domum generari aut non est
si non: et id generari necesse simpli-
citer. si autem hoc necesse et funda-
mento generato generari do-
mum. sic enim se habet prius
huic ad posterius. ut si illud
est necesse est illud prius gene-
rari. si igitur necesse est generari quod
posterius et prius necesse. Si itaque quod

prius et quod potuerit igitur necesse sed non propter illud. Sed cum sumitur ex necessitate futurum, manifestum quod quod postea necesse est et veniunt convertitur et quod priora generata necesse est generata esse quod postea. ¶ Si quidem igitur in infinitum vadit tendendo ad inferius, non erit necesse quodlibet eorum hoc generari simpliciter, sed ex suppositione. Semper enim alterum ante necesse erit esse, ideo necesse illud generari. Quare si non est principium infiniti, neque primum erit nichil propter quod necesse generari. ¶ Sed neque in finitis hoc est dicere necesse, cum simpliciter necesse, verbi gratia domum cum generatur fundamentum, cum enim generatur, si non necesse generari hoc semper, contingit semper esse contingens semper non esse. Sed oportet generationem semper esse, si ex necessitate est eius generatio. Ex necessitate enim et quod simul. Quod enim est necesse non non possibile est non esse. Quare si est ex necessitate sempiternum est, et si sempiternum ex necessitate, et si igitur generatio ex necessitate perpetua generatio est eius, et si est ex sempiterna necessitate. ¶ Si igitur alicuius ex necessitate simpliciter generatio necesse est circulare et reflecti. Necesse enim aut finem habere generationem aut non, et si non aut in rectum aut in circulum. Horum autem si erit sempiterna

non in rectum possibile, quia nequaquam quidem est principium, neque si ad inferius accipiamus ut ad futura, neque superius ut ad generata. Necesse autem esse principium, neque finito existente, et esse sempiternum. Ideo necesse in circulum esse converti. Et igitur necesse erit, verbi gratia si hoc ex necessitate est, et quod prius igitur. Sed tamen si hoc et quod posterius necesse generari, et sic semper iam continue. Nichil enim hoc differt dicere duo aut multa. ¶ In circulum igitur motu aut generatione est quod ex necessitate simpliciter, et si in circulum necesse generari et generata esse, et si necesse horum generatio in circulum. Hec utique rationabiliter, quoniam perpetua apparuit et aliter circuli motus et celi, quoniam hec ex necessitate generantur et erunt quecumque huius motus et quecumque per hoc. Si enim quod in circulo movetur semper movet, necesse est horum in circulum esse motum, verbi gratia superiori latione esse in circulum sol iterum est. Hec igitur tempora anni, verbi gratia, quare et in circulum generantur et iterum nubes erit oportet pluere, et si pluit oportet nubem esse. Homines autem et animalia non revertuntur in se ipsos ut iterum generetur idem. Non enim necesse est si pater est generatum te generari, sed si tu, illum. In rectum autem videtur hec generatio esse

principium autem intercidentis
sic hec utrum simul omnia recur-
vantur aut non, sed hec quidem
numero, hec autem specie solum. quo-
rum quidem igitur incorruptibilis
substantia mota, manifestum quia et numero
eadem erunt; motum enim sequi-
tur quod motum. quorum autem non,
sed corruptibilis, necesse est specie, numero autem
non reverti. ideo aqua ex ae-
re et aer ex aqua specie eadem, sed
numero non. si autem et hec numero, non quorum substantia
generatur, talis est ut
contingat non esse corruptibilis.

BONORUM honorabilium
opinantes notitiam, magis autem al-
teram altera aut secundum certi-
tudinem aut ex eo quod de
melioribus quidem et mirabilioribus est,
propter utraque hec anime historiam ra-
tionabiliter in primis ponemus.
Videtur autem et ad veritatem omnem
ipsius cognitio multum proficere,
maxime autem ad naturam; est enim
anima tamquam principium animalium.
Querimus autem considerare et cognoscere naturam
ipsius et substantiam, postea quecumque
acciderint circa ipsam, quarum
hec quidem proprie passiones anim-
ale esse videntur, alie autem propter illam et
animalibus inesse. Omnino autem et
penitus difficillimorum est accipe-
re aliquam fidem de ipsa. Cum
enim sit questio communis et aliis multis, dico
autem que est circa substantiam et eam
que est quid est, fortassis
utique alicui videbitur una quedam
methodus esse de omnibus de quibus
volumus cognoscere substantiam,
sicut est et eorum que secundum accidens sunt pro-
priorum demonstratio. Quare que-
rendum est de methodo hac.
Si autem non est una quedam et
communis methodus de eo quod quid est,
adhuc difficilius fit hoc nego-
cium; oportebit enim accipere
circa unumquodque quis sit modus.
Si autem manifestum fuerit utrum demonstratio que-
dam sit aut divisio aut et alia
quedam methodus, adhuc multas habet
dubitationes et errores ex quibus
oportet querere; alia enim aliorum prin-
cipia sunt, sicut numerorum et plano-
rum. Primum autem fortassis
necessarium est dividere in quo
generum et quid sit, dico autem
utrum hoc aliquid et substantia aut
quale aut quantum aut et quoddam
aliud divisorum predicamentorum.
Adhuc autem utrum eorum que sunt
in potentia an magis endelechia quedam;
differt enim non parum. Considerandum
autem est si partibilis an
impartibilis, et utrum similis sit

aut species anime omnis an non; si autem omnis non est, utrum specie sit differens aut genere. Nunc quidem enim dicentes et querentes de anima de humana solum videntur intendere. Querendum autem quatenus non lateat utrum una ratio ipsius sit, sicut animalis, aut secundum unumquodque altera, ut equi, canis, hominis, dei; animal autem universale aut nichil est aut posterius est; similiter autem et si aliquod aliud commune quod predicatur. Amplius autem si non multe sunt anime sed partes, utrum oportet querere totam animam aut partes. Difficile autem et harum determinare quales apte nate sunt diverse adinvicem esse; et utrum partes oportet querere prius aut opera ipsarum, ut intelligere aut intellectum et sentire aut sensitivum. Similiter autem et in aliis. Si autem opera prius, iterum utique dubitabit aliquis si opposita prius his querenda sunt, ut sensibile sensitivo et intelligibile intellectivo.

Videtur autem non solum quod quid est cognoscere utile esse aliquid ad cognoscendum causas accidentium substantiis, sicut in mathematicis quid rectum et quid obliquum aut quid linea et quid planum ad cognoscendum quot rectis trianguli anguli sunt equales, sed et modo converso accidentia conferunt magnam partem ad cognoscendum quod quid est. Cum enim habeamus tradere secundum fantasiam, id est ymaginationem, de accidentibus aut omnibus aut pluribus, tunc et de substantia habebimus dicere optime. Omnis enim demonstrationis principium est quod quid est. Quare secundum quascumque diffinitiones non contingit accidentia cognoscere, sed neque conicere de ipsis facile, manifestum est quod dialectice dicte sunt et vane omnes.

Dubitationem autem habent et passiones anime, utrum sint omnes communes et habentis aut est aliqua et anime ipsius propria. Hoc autem accipere quidem necessarium, non facile autem. Videtur autem plurimum nullum sine corpore pati neque facere, ut irasci, confidere, desiderare, omnino sentire. Maxime autem videtur proprium intelligere. Si autem est et hoc fantasia quedam aut non sine fantasia, non contingit utique neque hoc sine corpore esse. Si quidem igitur est aliquid anime operationum aut passionum proprium, contingit utique ipsam separari; si vero nullum est proprium ipsius, non erit separabilis, sed sicut recto, inquantum rectum, multa accidunt, ut tangere eneam speram secundum punctum, non tamen continget hoc separatum rectum; inseparabile

nem semper quidem cum quodam
corpore est. Videntur autem omnes pa-
ssiones anime esse cum corpore: de-
siderium, mansuetudo, timor,
confidentia, adhuc gaudium
et amare et odire; simul enim cum
hiis compatitur una corpus totum.
Indicat autem hoc: etenim quandoque
adventis et manifestis passionibus accidenti-
bus nichil provocari aut timere;
aliquando autem a parvis et infirmis moveri,
et intumescit corpus et sic se habet
sicut cum irascitur. Adhuc autem ma-
nifestum est hoc magis: nullo enim terri-
bili existente in passionibus fi-
unt timentis. Si autem sic se ha-
bent, manifestum quod passiones rationes
in materia sunt. Quare termini huius-
modi: ut irasci est motus quidam cor-
poris aut partis aut potentie
ab hoc propter hoc. Et propter hoc quidem physici est con-
siderare de anima aut omni aut
huiusmodi. Differenter autem diffinient
physicus et dialecticus unum-
quodque ipsorum, ut iram quid est. Hic
quidem enim appetitum contrarii dolo-
ris aut aliquid huiusmodi; ille autem
accensionem eius qui circa cor sanguinis
aut caloris. Horum quidem enim
materiam reddit, alius autem speciem
et rationem; hec quidem enim ratio, ille non
rem. Necesse autem est hanc esse
in materia huiusmodi si erit. Sicut domus
quidem ratio huiusmodi erit: cooperimentum
prohibens corruptionem a ventis
et imbribus et caumatibus; alius

autem dicet lapides et lateres et lig-
na; alius vero in hiis speciem propter
hec. Quis igitur physicus horum?
utrum qui circa materiam, rationem
ignorans, aut qui circa rationem
solum? aut qui est ex utrisque
magis? Illorum autem aliquis, an
tertius non est nisi qui circa passio-
nes materiei non separabiles neque
inquantum inseparabiles sunt?
Sed physicus circa omnia est quecumque
huiusmodi corporis autem et huiusmodi ma-
terie opera et passiones sunt. Quecumque
autem non sunt huiusmodi, alius; et de
quibusdam artifex est, si contingit, ut fabric-
ator aut medicus; non autem separa-
bilium quidem, inquantum inseparabilia
huiusmodi corporis sunt passiones et
ex remotione, mathematicus est; se-
cundum autem quod sunt separa-
biles, primus philosophus. Sed redeun-
dum unde sermo. Dicebamus autem
quod passiones anime non separa-
biles sunt a physica materia anima-
lium, cum huiusmodi sint desiderium et
timor, et non sic sicut linea et planum.
Attendentes autem de anima necesse
simul dubitare de quibus oportet
dubitare, oportet attendentes prio-
rum opiniones comprehendere quicum-
que aliquid de ipsa contulerunt, ut bene
dicta accipiamus; si quid autem non bene,
non bene hoc vereamur.
Principium autem questionis est appo-
nere que maxime videntur ipsi

videtur secundum naturam animatum
ab inanimato duobus maxime
differre videtur: motu quidem
et sentire. Accepimus autem et a pro-
genitoribus fere duo haec de anima.
Dicunt enim quidam et maxime et primo
animam esse id quod est movens.
Putantes autem quod non movetur
ipsum non contingere movere
alterum, eorum que moventur a-
liquid animam arbitrati sunt esse.
Unde Democritus quidem ignem quemdam
aut calorem dicit esse ipsam.
Infinitis enim existentibus figuris et a-
tomis que sunt sphaerica rotunda,
dicit ignem et animam, ut in aere
que vocantur decisiones, que
videntur per fenestras in radiis, qua-
rum omnem seminum congregationem ele-
menta dicit totius nature. Similiter autem et Leu-
cippus. Horum autem sphaerica rotunda animam, propter
id quod maxime possunt per
omne penetrare tales figure et
movere reliqua cum move-
antur et ipsa, arbitrantes
animam esse que prebet animalibus motum.
Unde et vivendi terminum esse respira-
tionem. Continente enim com-
primente corpora et exprimente
figuras prebentes animalibus mo-
tum ex eo quod nec ipsas
quiescere nullo modo, auxilium
fieri ingredientibus aliis ex-
trinsecus talibus in respirando. Prohibere
enim et ipsas que insunt animalibus
disgregari, cooperantes dein-
cohibentem et constringentem, et vive-
re quousque possunt hoc facere.
Videtur autem et a Pythagoricis dicta eandem
habere intelligentiam. Dix-
erunt enim quidam ipsorum animam esse
que sunt in aere decisiones.
Alii autem has moventes. Dictum
est autem de his eo quod conti-
nue videntur moveri et si sit tran-
quillitas omnino. In idem
autem feruntur et quicumque
dicunt animam esse seipsum moventem.
Videntur enim omnes hi accipere mo-
tum maxime proprium anime esse, et alia
quidem omnia moveri propter animam,
ipsam autem a se ipsa, propter id quod
nihil movens videre quod non
et ipsum movetur. Similiter autem et Ana-
xagoras dicit animam esse motivam, et si
quis alius dixit quod omne movit intellectus,
non tamen penitus sicut Democritus. Ille quidem
enim simpliciter animam et intellectum
idem: verum enim esse quod videtur.
Unde bene facere Homerum quod
Hector iacet aliud sapiens.
Non autem utitur intellectu ut
virtute quadam circa veri-
tatem, sed idem dicit animam et intellectum.
Anaxagoras autem minus
certificat de ipsis. Multotiens enim
causam bene et recte intellectum
dicit, alibi autem intellectum dicit esse idem cum anima.
In omnibus enim ipsum inesse animalibus,
et parvis et magnis et honorabilibus
et non honorabilibus. Non videtur autem secundum prudentiam

detur intellectus similiter preesse omnibus
aliis sed nec hominibus. quicumque igitur
in id quod moveri animatum conspexe-
runt hii quod maxime motivum
esse opinati sunt animam. Qui-
cumque autem in cognoscendo et sen-
tiendo ea que sunt, isti dicunt
animam esse principium. alii quidem
plura facientes principia. hoc
alii vero unum hoc. sicut Empe-
docles quidem ex omnibus. esse autem et unum-
quodque animam horum. terram quidem
terra cognoscimus. aqua aquam.
ethere ethera. sed igne ignem
manifestum. et concordia concordiam con-
cordia. et discordiam discor-
dia corrupta. Eodem autem
modo et Timeo Plato animam ex e-
lementis facit. cognosci enim simili simile. res
autem ex principiis esse. similiter
et in hiis que sunt de philosophia dicta
determinatum est. animal ipsum
quidem esse ex ipsa unius idea et
ex prima longitudine et latitu-
dine et altitudine. alia autem simili-
ter. Adhuc autem et aliter. intel-
lectum quidem unum. scientiam autem
duo. singulariter enim in unum.
plani autem numerum opinionem. sensum
solidi. numeri quidem species
et ipsa principia dicebantur.
sunt ex elementis autem. Iudicantur
autem alie res intellectu. alie vero
scientia. alie autem opinione. alie vero
sensu. species autem hii numeri rerum
sunt. Quoniam autem et mo-
tivum videtur anima esse et cognoscitivum
sic, sic quidam complexi sunt
ex utrisque. enuntiantes animam
numerum moventem seipsum.
Differunt autem et de principiis
que et quot sunt. maxime
qui principia corporea faci-
unt et incorporea. ab hiis autem
qui miscent ab utrisque. et ab utrisque
principia referentes. Differunt
autem et de multitudine. hii quidem
unum. hii vero plura dicunt. Consequenter
autem hiis et animam assignant.
motivum autem naturam primorum
comprehenderunt non irrationabi-
liter. unde visum est quibusdam
animam ignem esse. etenim hoc par-
tibus subtilissimum et maxime ele-
mentorum incorporeum est. amplius
et movet alia primo. De-
mocritus autem subtilius dixit referens
propter quid unumquodque horum. hoc est
quid esse idem dicebat intel-
lectum. illud autem primorum esse
et indivisibilium corporum. mo-
tivum autem propter subtilitatem par-
tes et figuram. figurarum autem
levitatem mobilissimam que ro-
tunde spere dixit. talem autem intel-
lectum esse et ignem. Anaxagoras autem vi-
detur dicere animam quod et intel-
lectum alterum dixit prius. utitur autem
utrisque sicut una natura. preter
id quod intellectum ponit princi-
pium omnium maxime. solum enim
dixit ipsum eorum que sunt simplicem

esse et in maxime et plurimum. Assignat autem utrumque eodem principio cognoscere quia et movere, dicens intellectum movere omnia. Videtur autem et Thales ex quibus reminiscuntur motivum quoddam animam opinari, si vere lapidem dixit animam habere, quoniam ferrum movet. Diogenes autem sicut et alii quidam aerem, hunc opinatus omnium subtilissimum esse et principium; et propter hoc cognoscere et movere animam: secundum quod quidem primum est et ex hoc reliqua, cognoscere; secundum vero quod subtilissimum, motivum esse. Et Eraclitus principium esse dicit animam, siquidem vaporem ex quo alia constituit; et incorporalissimum autem et fluens semper. Quod autem movetur, moto cognosci; in motu autem esse que sunt, et ille arbitratus est et multi. Similiter autem et Alcmeon opinatus est de anima; dicit enim immortalem esse propter hoc quod comparatur ipsis immortalibus; hoc autem inesse ipsi sicut que semper moventur; moveri enim et divina omnia continue semper, ut lunam, solem, astra et celum totum. Grossiorum autem quidam et aquam quandam, sicut Yppon, enuntiaverunt. Persuadere autem videntur ex genitura quod omnium humidum est. Etenim arguit sanguinem dicentes animam, quoniam genitura non est sanguis. Hanc autem esse primam animam. Alii autem sanguinem, sicut Critias, sentire esse magis proprium anime opinantes; hoc autem inesse propter naturam sanguinis. Omnia enim elementa iudicem acceperunt preter terram. Hanc autem nullus retulit, nisi si aliquis dixit ipsam esse ex omnibus elementis aut omnia. Diffiniunt autem omnes tribus, ut est dicere, motu, sensu, incorporeo. Horum autem unumquodque reducitur ad principium. Unde et in cognoscendo diffinientes eam aut elementum aut ex elementis faciunt, dicentes similiter sibi invicem preter unum. Dicunt enim cognosci simile simili; cum autem anima omnia cognoscat, constituunt eam ex omnibus principiis. Quicumque igitur unam aliquam dicunt causam et elementum unum, et animam unum ponunt, ut ignem aut aerem. Plura autem dicentes principia et animam plura dicunt. Anaxagoras solum impassibilem dicit intellectum, et commune nulli aliorum habere. Talis autem cum sit, quomodo cognoscit et propter quam causam, neque ille dixit, neque ex his que dicta sunt constat. Quicumque autem contrarietates faciunt in principiis, et animam ex contrariis constituunt; alii autem alterum contrariorum, calidum aut frigidum aut aliquid aliud huiusmodi.

sunt unumquodque horum ponunt
unum et nomina consequuntur. Alii quidem
calorem dicentes, quia propter hoc
vivere putantur; alii vero fri-
gus propter respirationem et refrigera-
mentum vocari animam. Haec quidem
tradita sunt et propter quas causas di-
cunt sic haec sunt.

Considerandum autem primum
quidem de motu est. Forsan
sic enim non est solum falsum substantiam
ipsius talem esse qualem asserunt
dicentes animam esse quod seipsum
est movens aut potens movere,
sed unum quoddam impossibilium
est inesse ipsi motum. Quod
quidem non necesse sit movens et
ipsum moveri prius dictum est.
Dupliciter autem moto omni, aut enim se-
cundum alterum aut secundum seipsum. Secundum
autem alterum dicimus quaecumque mo-
ventur ex eo quod in moto insunt,
ut nautae: non enim similiter moventur
ut navis. Haec enim secundum seipsam mo-
vetur, illi autem ex eo quod in
moto. Manifestum autem in partibus; est
enim proprius quidem motus pedum ambu-
latio, haec autem et hominum est;
non inest autem nautis tunc haec.
Dupliciter autem dicto quod moveri,
intendamus de anima si per seipsam
moveatur et participet motu. Quat-
tuor autem motibus existentibus lo-
ci mutatione, alteratione, augmen-
to et decremento, aut secundum
unum horum movebitur aut pluribus
aut omnibus. Si autem non movetur
secundum accidens, natura inerit mo-
tus ipsi. Si autem hoc, et locus; omnes enim
dicti motus in loco sunt. Si autem
est substantia animae movere seipsam,
non secundum accidens ipsi mo-
veri inerit, ut albo aut tricu-
bito. Moventur autem et haec, sed secundum
accidens; cui enim inerit, illud movetur,
quod est corpus. Unde et locus
horum. Animae autem erit secundum quod
natura motum participat. Am-
plius autem si natura movetur, et violentia
movebitur; et si violentia, et natura. Eodem autem
modo se habet et de quiete. In quod enim movetur
natura, et quiescit in hoc natura;
in quod autem violentia, quiescet
autem violenter. Violenti autem motus animae
et quietes quales erunt, nec fingere volentibus
facile est reddere. Amplius autem
si quidem sursum movetur, ignis erit;
si autem deorsum, terra. Horum enim cor-
porum motus sunt. Eadem autem
ratio est de medio. Amplius autem quoniam
movere corpus videtur, rationabile est
movere motibus quibus ipsa
movetur. Si autem hoc est, et conver-
tentibus dicere verum est quod
secundum quod corpus movetur
hoc et haec. Corpus autem movetur loci muta-
tione. Quare et anima mutatur secundum
corpus aut tota aut secundum par-
tes transmutata. Si autem hoc
contingit, et exeuntem ingredi
iterum contingeret. Ad hoc autem resur-
gere sequitur mortua animalium.

corporea. Motum autem secundum acci
dens est et ab altero moveri. Est enim
depelli violentia. Non
oportet autem a se ipso motum move
ri utique; hoc ab alio movi
mus secundum actum, sicut quod est
per se bonum aut propter se ipsum. Et
quod propter aliud esse bonum; secundum
autem hoc et alterum causa. Animam
autem maxime dicet utique aliquis a se
ipsa moveri. Siquidem mota
est; sed si mota ipsa secundum se ipsam
ipsa mota utique. Quare si omnis motus
extasis est mobilis secundum se, a eo
quod motum secundum quod movetur,
et anima distabit a substantia ipsius, ad
ipsam motus secundum accidens seipsam
moveat, sed est motus substantie ipsius.
Per se quidam autem et movere
animam dicunt quod corpus in quo
est sicut ipsa movetur, sicut Democritus di
cens Philippo comediatori Deda
lum referenti dicit Dedalum fecisse
mobilem ligneam Venerem, infunden
tem argentum
vivum. Similiter autem et Democritus mo
veri namque dicit indivisibiles speras, eo
quod apte nate sunt nequaquam manere,
condistrahere et movere
corpus omne. Nos autem interroga
bimus si et quiescere facit idem. Quomodo
enim autem faciet, difficile et impossibile
dicere. Omnino autem non sic videtur movere
animam corpus, sed per voluntatem
quandam et intellectum. Eodem autem modo et
Timeus physiologizat animam
movere corpus; in eo enim quod est
moveri ipsam et corpus movet
propter id quod complexa est ad
ipsum. Constitutam enim ex elementis
et divisam secundum armonicos nume
ros, quatenus sensum connaturalem
armonie habeat et ut omne
feratur secundum consonantes
motus, sed rectitudinem in
circulum reflexit. Et dividens ex
uno in duos circulos duplici modo
adunatos, iterum unum divisit in
septem circulos, tanquam celi
motus anime motus. Primum qui
dem igitur non bene dicere animam mag
nitudinem esse; hanc enim omnis ta
lem esse vult, quam quidem est ea que vo
catur intellectus; non enim est ea que
sensibilis, neque ea que desiderativa;
horum enim motus non circulatio
est. Intellectus autem unum et continuum
est sicut intelligentia; intelligentie autem
sunt intellecta; hec autem con
sequenter unum, sicut numerus, sed non
sicut magnitudo. Unde neque intel
lectus sic continuus est, sed aut
impartibilis aut non sicut
magnitudo aliqua. Quomodo enim
et intelliget magnitudo cum sit
una partium ipsius? Parti
um autem aut secundum magnitu
dinem aut secundum punctum, si
oportet et hanc dicere partium; puncta
autem infinita sunt; palam
est quod nequaquam per
transibit; iterum secundum magnitudinem

multotiens autem infinite intelliget
idem. videtur autem et contingere semel. Si
autem sufficiens est quolibet parte
tangere quid oportet circulum mo
veri. aut omnino magnitudinem
habere. Si autem necessarium est intelligere
toto circulo tangente
quid est partium tactus. Am
plius quomodo intelliget partibile
impartibili aut impartibile
partibili. Necessarium autem in
tellectum esse circulum hunc. intelle
ctus enim motus intelligentia est. circu
li autem circulatio est. Si igitur intel
ligentia circulatio est. et intel
lectus utique circulus erit cuius
huiusmodi circulatio est. Semper
autem aliquid intelliget. oportet autem
si quidem perpetua circulatio.
practicarum quidem intelligentiarum sunt termi
ni. omnes enim alterius causa sunt. spe
culative autem rationibus similiter
ratio autem omnis aut diffinitio
est aut demonstratio. demonstrationes quidem
a principio sunt et habent quodammodo
finem sillogismum aut conclusionem. si autem
non concluduntur sed reflectuntur
iterum in principium accipientes
semper alterum et medium et extremum
procedunt. circulatio autem iterum in
principium reflectitur. diffinitiones
autem omnes finite sunt. Amplius si
ipsa circulatio est multotiens
indigebit multotiens intel
ligere idem. Amplius autem intel
ligentia assimilatur cuidam

et statui magis quam motui
eodem autem modo et sillogismus. At vero
neque beatum est quod non est
leve sed violentum. Si autem
motus ipsius non est substantia aut
extra naturam movebitur. labo
riosum est autem commisceri
cum corpore nec posse absolvi
et adhuc fugiendum siquidem
melius est intellectui non cum cor
pore esse quemadmodum consuevit
dici et multis videtur. immani
festa autem et circulariter ferri celum
causa est. neque enim anime substantia cir
culariter ferri sed secundum accidens sic
movetur. neque corpus est causa
sed anima magis illi. At vero neque quoniam
melius dicitur. oportebat propter hoc
deum facere circulariter ferri
animam. quod dignius sit ipsi
moveri quam quiescere. moveri
autem sic quam aliter. cum
sit autem intentio ista alterius rationibus
magis propria hanc quidem dimit
tamus nunc. Illud autem incon
veniens accidit et huic rationi et
pluribus que de anima sunt. coniungunt
et in corpore ponunt animam nichil
determinantes propter quam causam et quomodo
habente se corpore. et quidem videbitur utique
hoc necessarium. propter communitatem
hoc quidem agit aliquid illud
autem patitur. et hoc quidem movetur
illud autem movet. horum autem nichil
inest si ad invicem non contingen
tibus. Quidam autem solum

[illegible] de quali aliquid
anima sit. De suscipiente autem cor-
pus nichil adhuc determinare tamquam
contingens secundum pythagoricas fabu-
las quamlibet animam quodlibet ingre-
di corpus. Videtur autem unumquodque proprium
habere speciem et formam. Simile igitur ab
dicunt sicut si aliquis dicat tectoni-
cam in tibias intrare. Oportet enim artem
uti organis, animam autem corpore.
Et alia autem opinio tradita quidem de anima
credibilis quidem multis et nichil minus
quam nulla que dicte sunt sermo-
nes autem tamquam diiudicans
prebent et in communi factis sermonibus. Ar-
moniam enim quandam ipsam quidem
dicunt; et enim armoniam tempe-
ramentum et compositionem contra-
riorum esse, et corpus componi ex con-
trariis. Et tamen armonia ratio quedam
commixtorum est aut compositio quedam
compositio. Animam autem neutrum possibile est esse
horum. Amplius movere non est ar-
monie, animam autem putant omnes
hoc maxime ut dicam. Convenie-
ret autem de sanitate magis
dicere armoniam et omnino de corpore
virtutibus quam de anima. Mani-
festum autem si aliquis reddere temptat
passiones et opera anime armonie
cuidam. Difficile enim convenire.
Amplius autem si dicimus armoni-
am considerantes in duo, maxime
quidem proprie magnitudinum in ha-
bentibus motum et positionem
et compositionem ipsorum cum sic
conveniant ut nullum congenitum
est accipere. Hinc autem et ratione
eorum que miscentur commixtionem
quod quidem esse rationabile est. Compo-
sitio autem corporis partium nimis
investigabilis est. Multe quidem
compositiones multorum et multipliciter
sunt. Cuius igitur aut quomodo accipere
congruit intellectum compositionem esse
aut sensitivum aut appetitivum?
Similiter autem inconveniens est rationem tem-
peramenti esse animam. Non enim ean-
dem habet rationem commixtio elementorum secundum
quam est caro et secundum quam est os.
Accidit igitur multas animas habere et secundum
omne corpus, siquidem omnia ex elementis
commixtis, commixtionis ratio
autem armonia et anima. In-
vestigabit autem aliquis hoc et ab
Empedocle. Unumquodque enim ratione qua-
dam dicit esse. Utrum igitur anima ratio est
aut magis alterum quod sit
in membris? Amplius autem utrum
concordia causa cuiuslibet commixtionis
causa sit, aut que est secundum ratio-
nem, et hec utrum ratio est aut aliud
aliquid extra rationem? Hec quidem igitur
sunt has dubitationes. Si vero aliud est
anima a commixtione, quid igitur est simul
cum carni esse removetur et cum
aliis partibus animalis? Adhuc autem
unumquodque non habet partium
animam, si non est anima ratio compositionis,
quid quod corrumpitur anima de-
ficiente? Quod quidem igitur non armoniam
possibile est esse animam neque circulariter

ferri ex dictis manifestum est. Secundum ac-
cidens autem moveri sicut diximus est et mo-
vere seipsam, ut moveri quidem
in quo est, hoc autem est mobile
ab anima. Aliter autem non est possibile mo-
veri secundum locum ipsam. Ratio-
nabilius autem dubitabit ali-
quis circa ipsam tamquam illa que
movetur ad hec considerans.
Dicimus enim animam tristari gaudere
confidere timere, amplius autem
irasci et sentire, quia hec autem
omnia motus videntur esse. Unde opina-
bitur aliquis ipsam moveri. Hoc
autem non est necessarium. Si enim et quam
maxime dolere et gaudere aut
intelligere motus sunt, et unum-
quodque horum moveri est, mo-
veri autem ab anima est, ut irasci aut
timere in eo quod cor sic movetur,
intelligere autem hoc est aut
fortassis alterum aliquid. Ho-
rum autem accidunt alia quidem secundum
locum quorundam que moventur,
alia vero secundum alterationem; qualia
autem et quomodo sunt alia ratio est. Di-
cere autem irasci animam simile est
et si aliquis dicat texere animam
et edificare. Melius enim fortassis
est non dicere animam misereri
aut addiscere aut intelligere, sed
hominem anima. Hoc autem non tamquam
in illa motu existente, sed aliquando quidem
usque ad illam, aliquando autem ab
illa, ut sensus quidem ab hiis, reminis-
centia autem ab illa in motus aut

aut mansiones que in organis
sensuum. Intellectus autem videtur
inesse substantia quedam ens et non corrumpi. Maxime
enim corrumperetur utique ab ea que
in senio debilitate. Nunc autem sicut
in sensitivis accidit. Si autem ac-
cipiat senex oculum talem, vi-
debit utique sicut et iuvenis. Quare se-
nium non est in eo quod anima aliquid passa est, sed
ab anima, sed in quo est sicut
in infirmitatibus et ebrietatibus. Et
intelligere igitur et considerare co-
minuuntur alio quodam interius cor-
rupto, ipsum autem impassibile
est. Intelligere autem et odire aut a-
mare non sunt illius passiones,
sed huius habentis illud secundum quod id
habet. Et hoc corrupto non remi-
niscitur neque amat. Non enim illius
erant, sed communis quod periit est.
Intellectus autem fortassis divinius
aliquid et impassibile est. Quod quidem
igitur non sit possibile moveri animam,
manifestum ex hiis. Si autem penitus
non movetur, manifestum quod neque a seipsa.
Multum autem irrationabilius est dicere animam
numerum moventem seipsum. Insunt
enim ipsis impossibilia primum quidem que ex
motu accidunt, propria autem
ex eo quod dicunt ipsam numerum.
Quomodo enim oportet intelligere uni-
tatem moveri et non ab aliquo,
et quomodo impartibilem et indif-
ferentem existentem. Si enim
est motiva et mobilis differre

Amplius autem cum dicant motam
lineam planum facere, punc-
tum autem lineam, et unitatum
motus lineae erunt. punctum
autem unitas est positionem habens. nu-
merus autem animae iam alicubi est et positio-
nem habet. Amplius a numero quidem si aufe-
rat aliquis numerum aut unita-
tem, relinquitur alius numerus.
plantae autem et animalium multa
divisa vivunt et videntur eandem
animam habere specie. Videbitur autem nihil
differre unitates dicere aut cor-
pora parva. et enim si ex Democriti
sperulis fiant puncta, solum
autem maneat quantitas, erit
aliquid in ipso, hoc quidem mo-
vens, aliud quod movetur sicut in
magnitudine continuo. Non enim propter hoc quod
est magnitudine differre aut
parvitate accidit quod dic-
tum est, sed quia quantitas. Unde
necesse est aliquid esse motivum
unitatis. Si autem in animali mo-
vens anima est, et in numero est, ut
non sit ipsa movens et quod mo-
vetur anima est, sed movens solum.
Contingit autem quo modo hanc uni-
tatem esse. oportet enim ipsi inesse quan-
dam ipsi differentiam ad reliquas unita-
tis punctualis solitarie quae differentia
erit nisi positio? Si igitur sunt
autem in corpore unitates et punc-
ta in eodem erunt unitates;
obtinebit enim locum puncti.
Et quid prohibet in eodem esse si

duo sunt et infinita? quorum enim lo-
cus indivisibilis est et ipsa. Si autem
in corpore puncta numerus est anime
sicut quod ex ipsis est quae sunt in
corpore numerus anima, quare non habent
omnia animam corpora? puncta
enim infinita in omnibus et infinita.
Amplius quomodo possibile est separari animam
et absolvi a corporibus, siquidem
non dividentur lineae in puncta?
Accidit autem sicut diximus
hinc quidem similiter dicere corpus
subtile ipsam ponentibus,
hinc autem sicut Democritus a motu dicere
proprium ab anima inconveniens.
Siquidem enim anima in omni quod sen-
tit, necesse in eodem duo esse corpo-
ra, siquidem aliquid anima est. Numerum
autem dicentibus animam esse in uno
puncto multa, aut omne corpus
animam habere, nisi quidam in-
similis differens fiat et alius quam
qui sunt in corpore punctorum.
Accidit corpus moveri a numero
sic et Democritus dixit ipsum movere.
Quid enim est differre speras dicere
parvas aut unitates magnas
aut omnino unitates latas? Utrobique enim
necesse est movere eo quod
moventur ipse. Complecten-
tibus igitur in unum motum et numerum
prima accidunt haec, et hoc quidem
accidunt et altera multa. Non
enim solum diffinitionem animae impossibile
esse huiusmodi, sed accidens. Manifestum
autem est si quis argumentetur

ex ratione hac necesse est passiones
corporis reddere. ut cogitatio-
nes sensus leticias tristicias
et quecumque animalis est. Redi-
piunt in divinitate faciliter est
cipere. ¶ Ceterum autem tradiderunt
alios dixerunt eandem. alii in
magis convenier in motivum in
movendo se ipsum. alii autem
corpus subtilissimum autem in
corporalissimum aliorum. hec
autem qualiter dubitationes et solutio-
nes [illegible] premimus
fere ¶ Relinquitur autem
considerare quod dicitur ex eius ipsa
[illegible] quiddam queramus
sciendum est que sunt enim [illegible]
[illegible] cognoscere. ¶ Necnon autem est
accidere [illegible] et simplicia non
ponit cognoscere [illegible]
[illegible] in anima ponentes [illegible]
autem [illegible] sola [illegible]
[illegible] magis autem formalis [illegible]
[illegible] que sunt ex hiis [illegible]
[illegible] est [illegible] cog-
noscere animam et sentire. [illegible]
[illegible] quod cognoscit aut sen-
tit. ut quod deus aut homo
aut caro est aut os [illegible] aut
quodlibet ad compositorum. non
quorumlibet [illegible] eorum
[illegible] [illegible] [illegible]
quedam et compositione [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] in [illegible] differunt
omnibus [illegible] ex octo partibus

contingit .i. [illegible] de [illegible]
[illegible] [illegible] est
[illegible] est esse eius
[illegible] rationes inerunt
et compositum cognoscit [illegible] per-
[illegible] aut [illegible] non
[illegible] et nec inerunt. hoc autem
quod [illegible] dice-
[illegible] dubitabit si inerit
esse aut lapis aut homo. [illegible]
aut bonum et non bonum
eodem [illegible] ¶ Amplius [illegible]
multipliciter dicitur quod est. signi-
ficat [illegible] aliud quidem hoc ali-
quid. aliud autem quantitatem
vel aut qualitatem. aut et
quoddam aliud [illegible]
[illegible] [illegible] ex [illegible]
[illegible] aut non. [illegible] non [illegible]
[illegible] omnia esse eius [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] anima [illegible]
[illegible] cognoscit quod [illegible]
[illegible] [illegible] aut [illegible]
[illegible] [illegible] esse eius
principia [illegible] ex [illegible]
[illegible] animam. [illegible] quantam
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] esse
[illegible] et non quantitatem.
dicentibus autem ex omnibus [illegible]
[illegible] [illegible] accidunt. ¶ Incon-
veniens autem et [illegible] impassi-
bile esse [illegible] sentire aut
pati aliquid aut moveri po-
[illegible] [illegible] aut et intelligere [illegible]

noscere · multas autem dubitationes
et difficultates habet ipso dic-
ere eius · quod incorporeum
esse imagines cognoscentur ·
et ad hoc testatur nunc dicere
quod dictum est · quecumque
et insunt in animalium corporibus
simpliciter fere · ut ossa nervi
pili · nichil sentire videntur · ergo in
omnia et eis conveniet · ¶ Accidit
autem et innuunt quod principi-
orum in ignorantia magis est
insipientia est · cognoscit quod unum
quod lis · multa non cognoscebat
omnia et alia · accidit et insipi-
entissimum esse deum eius · solus
enim unum non cognoscat discordiam
mortalia autem omnia · ex omni-
bus enim unumquodque est · omnino autem
propter quam causam non omnia habent animam
que sunt · quoniam omne aut est ele-
mentum aut ex elemento uno aut ex pluribus ·
necesse est et unum aliquid cog-
noscere aut quedam aut omnia ·
¶ Dubitabit autem aliquis et
quid est unum faciens ipsa · non
enim comparantur ea · magis
autem proprium est unum continens
quodcumque est · anima autem esse
aliquid est melius et magis princi-
pale impossibile est. ¶ Inconveniens
autem intellectu aliquid dominativum
sunt esse in anima et nobilissimum
principium secundum naturam · elementa
autem dicunt esse que sunt · prima
autem ex eo quod cognoscit et sen-

tit anima que sunt ex hiis dicentes
eos ipsam et maxime motivam et non
de omni dicunt anima · neque enim sensibilia omnia
motiva · videntur autem quedam immanentia
manentia animalium secundum locum ·
tamen moventur motu solo moveri anima
corporis · ¶ Similiter autem et quicumque
intellectum et sensum faciunt
ex elementis · videntur autem plante vivere
non participantes secundum locum motio-
ne neque sensu · et animalium multa
intellectum non habere · si autem aliquis
et hec segregabit posueritque
intellectum partem quandam
esse aliquam · similiter autem et sensitivum
non utique sic dicet de omni anima neque
de tota neque de una · hoc sustinuit
et que est in orphicis voca-
tis versibus · dicit enim animam
ex toto ingredi que fertur
a ventis respirantibus · neque possibile
autem plantis hoc accidere nec
animalium quibusdam · si quidem non
omnia respirant · hoc autem latuit
sic opinantes. ¶ Si autem oportet animam
ex elementis facere nichil oportet ex omnibus ·
sufficiens est enim altera pars con-
trarietatis se ipsam iudicare
et oppositum · recto enim et ipsum
obliquum cognoscimus · iudex
enim utrorumque rectum est · obliquum autem neque
sui neque recti. ¶ Et in toto
autem quidam ipsam immixtam dicunt
esse · unde forsan et Thales existimavit omnia ple-
na deorum esse · hec autem habent quasdam

opponens. propter quam quidem causam in aere aut in igne anima existens animal non facit. in mixtis autem et hec animam meliorem esse videtur. Querere et aliquis obiciat quare in aere anima melior quam est in animalibus melior est et immortalibus. Accidit autem utrisque irrationabile et inconveniens. Nam dicere animam ignem aut aerem magis irrationabile est et non dicere animal esse cum anima insit inconveniens est. Opinari autem videntur animam esse in hiis. quoniam totum partibus similis est speciei. quare necesse est et ipsi dicere animam similis speciei partibus esse. si in opinando ab continente in animalibus animatam fieri et animalia. Si autem aer quod discerptus est similis speciei. anima autem dissimilium partium. hoc autem quod ipsius est aliud autem non est. necesse est quod ipsam autem similium partium esse. autem non esse in quolibet parte omnium. Manifestum igitur ex dictis est quod neque cognoscere inesse anime propter id quod ex elementis est. neque moveri ipsam bene et vere dicitur.

Quoniam autem cognoscere anime est et sentire et opinari. adhuc autem concupiscere et deliberare et omnino appetitus. fit autem secundum locum motus in animalibus ab anima. adhuc autem et augmentum et status et decrementum. utrum toti anime unumquodque horum inest et omnibus intelligimus et sentimus et aliorum unumquodque facimus et patimur aut partibus alteris altera. et vivere utrum in aliquo sit horum uno. aut in pluribus aut in omnibus. aut et aliqua altera causa. Dicunt autem quidam partibilem ipsam esse et alio quidem intelligere. alio autem concupiscere. quid igitur unquam continet animam si partibilis apta nata. non enim est corpus. videtur autem contrarium magis anima corpus continere. egrediente enim expirat et marcescit. si igitur alterum aliquid unam ipsam facit. illud maxime utique erit anima. oportebit autem et illud querere utrum unum aut multarum partium sit. si quidem enim unum est. propter quid non mox est et animam unum esse. si vero divisibile, iterum ratio queret quid est quod continens. et sic procedet in infinitum.

Dubitabit autem aliquis et de partibus ipsius quam potentiam habet in corpore. si enim tota anima omne corpus continet convenit et partium unamquamque continere aliquid corporis. hoc autem impossibile. qualem enim partem aut quo modo intellectus continet grave est et fingere. videntur autem et plante divise vivere et animalium quedam divisorum tanquam eandem specie animam

habent et si non numero

specie et non numero. utraque enim partium sensum habet et movetur secundum locum in quodam tempore. Si autem non perficiunt, nullum inconveniens est: instrumenta non habent quo salvent naturam. Sed nichilominus in utraque partium insunt omnes partes anime, et consimiles specie sunt sibi invicem et toti: invicem quidem sicut que non separabiles sunt, tota autem anima sicut divisibili existente. Videtur autem et in plantis principium quoddam esse: hoc enim solo communicant et animalia et plante. Et ipsum quidem separatur a sensitivo principio, sensum autem nullum sine hoc habet.

Que quidem a prioribus tradita sunt de anima dicta sint. Iterum autem tamquam a principio redeamus, temptantes determinare quid est anima et que utique erit magis communis ratio ipsius. Dicimus igitur genus unum quoddam eorum que sunt substantiam; huius autem aliud quidem sicut materiam, quod secundum se non est hoc aliquid, alterum autem formam et speciem, secundum quam iam dicitur hoc aliquid, et tertium quod est ex his. Est autem materia quidem potentia, species autem endelechia, et id quod est actus et hoc dupliciter: hoc quidem sicut scientia, aliud autem sicut considerare. Substantie autem maxime videntur corpora esse et horum phisica: hec enim aliorum principia sunt. Phisicorum autem alia quidem habent vitam, alia autem non habent. Vitam autem dicimus esse per ipsum alimentum et augmentum et decrementum. Quare omne corpus phisicum participans vita substantia erit, substantia autem sic sicut composita. Quoniam autem est et corpus huiusmodi, vitam enim habens, non utique erit corpus anima: non enim est corporum que de subiecto, magis autem sicut subiectum et materia est. Necesse est igitur animam substantiam esse sicut speciem corporis phisici potentia vitam habentis. Substantia autem actus est. Huiusmodi igitur corporis actus est. Hic autem dicitur dupliciter: hic quidem sicut scientia, alius autem sicut considerare. Manifestum igitur quod sicut scientia: in eo enim quod est anima et sompnus et vigilia est. Simile autem est vigilia quidem ipsi considerationi, sompnus autem habitui et non operationi. Prior autem generatione in eodem scientia est. Unde anima est actus primus corporis phisici potentia vitam habentis. Huiusmodi autem est quodcumque organicum. Organa autem et plantarum partes sunt, sed penitus simplices, ut folium corticis est cooperimentum, cortex autem fructus. Radices

vero omnino sunt. Interius enim alimentum. Si autem aliquod commune in omni anima oportet dicere, erit utique actus primus corporis physici organici. Unde et non oportet quaerere si unum est anima et corpus, sicut nec ceram et figuram, nec omnino uniuscuiusque et id cuius est materia. Unum enim et esse cum multipliciter dicatur, quod proprie est actus est. Universaliter quidem igitur dictum est quid est anima. Substantia enim est quae secundum rationem. Hoc autem est quod quid erat esse huiusmodi corpori, sicut si aliquod organorum physicum esset corpus, ut dolabra, erat enim dolabrae esse substantia ipsius et anima hoc est. Separata autem hac non utique amplius dolabra erit, sed aut aequivoce. Nunc autem est dolabra. Non enim huiusmodi sunt principium motus et status in seipso.

Considerare autem oportet in partibus quod dictum est. Si enim esset oculus animal, anima utique esset ipsius visus. Hoc enim substantia est oculi secundum rationem. Oculus autem materia visus est, quo deficiente non est oculus nisi aequivoce, sicut lapideus aut depictus. Oportet igitur accipere quod est in parte in toto vivente corpore. Similiter enim se habet sicut pars ad partem sic et totus sensus ad totum corpus quod sensitivum est secundum quod huiusmodi est. Est autem non abiciens animam quod est potentia sic vivere, sed quod habet. Semen autem et fructus potentia huiusmodi corpus. Sicut quidem igitur est incisio et visio sic et vigilantia et actus. Sicut autem visus et potentia organi est anima. Corpus autem quod potentia est. Sed sicut oculus est pupilla et visus, et ibi anima et corpus animal est.

Quod quidem igitur non sit anima separabilis a corpore aut partes quaedam ipsius, si separabilis apta nata est, non immanifestum est. Quarundam enim actus partium est ipsarum. At vero secundum quasdam nihil prohibet propter id quod nullius corporis sint actus.

Amplius autem immanifestum si sit actus corporis anima sicut nauta navis. Figuraliter quidem igitur sic determinetur et describatur de anima.

Quoniam autem ex incertis quidem certioribus autem fit certum et secundum rationem notius, temptandum iterum sic aggredi de ipsa. Non enim solum quod quid oportet diffinitivam rationem ostendere, sicut plures terminorum dicunt, sed et causam inesse et demonstrare. Nunc autem sicut conclusiones rationes terminorum sunt. Quid est tetragonismus? Dicimus quod aequale altera parte longiori orthogonium esse aequilaterum. Huiusmodi autem terminus ratio conclusionis est. Dicens autem quod tetragonismus est mediae inventio rei, dicit causam rei et multiplex principium

Accipientes igitur principium intendimus determinare animatum ab inanimato in vivendo. Multipliciter autem eo quod ipsum vivere dicitur, et si unum aliquod insit solum, ipsum vivere dicimus, ut intellectus, sensus, motus et status secundum locum, adhuc autem motus secundum alimentum et decrementum et augmentum. Unde et vegetabilia omnia videntur vivere. Videntur enim in se ipsis habere potentiam et principium huiusmodi per quod augmentum et decrementum suscipiunt secundum contrarios locos. Non enim sursum quidem augentur, deorsum autem non, sed similiter utrobique et quocumque, quecumque aluntur et vivunt usque quo possunt accipere alimentum. Separari autem hoc quidem ab aliis possibile est, alia autem ab hoc impossibile est in mortalibus.

Manifestum autem est in hiis que vegetantur; nulla enim ipsis inest potentia anime alia. Vivere quidem igitur propter hoc principium inest viventibus, animal autem propter sensum primum; nam et que non moventur neque mutant locum, habencia autem sensum, animalia dicimus et non vivere solum. Sensus autem primus inest omnibus tactus. Sicut autem vegetativum potest separari a tactu et omni sensu, sic tactus ab aliis sensibus. Vegetativum autem dicimus talem particulam anime qua et vegetabilia participant; animalia autem omnia videntur tangentem sensum habere. Propter quam autem causam utrumque horum accidit, posterius dicemus. Nunc autem tantum dicatur solum, quoniam est anima horum que dicta sunt principium et hiis determinata est, vegetativo, sensitivo, intellectivo, motu. Utrum autem horum unumquodque est anima aut pars anime, et si pars, utrum sic ut separabilis sit ratione solum aut et loco, de quibusdam quidem horum non difficile est videre, sed quedam dubitationem habent. Sicut enim in plantis quedam divise videntur vivere et separate ab invicem, tamquam existente in hiis anima actu quidem una in unaquaque planta, potentia autem pluribus, sic videmus et circa alias differentias anime accidere in decisis entomis; et enim sensum utraque partium habent et motum secundum locum; si autem sensum, et fantasiam et appetitum; ubi enim sensus est, et tristicia et leticia est; ubi autem hec, et ex necessitate desiderium.

De intellectu autem et perspectiva potentia nichil adhuc manifestum est, sed videtur anime genus alterum esse, et hoc solum contingit separari sicut perpetuum a corruptibili. Relique autem partes anime manifestum

quod non separabilia sunt sicut quidam dicunt; ratione autem quod altera manifestum. Sensitivo enim et opinativo alterum, siquidem et sentire ab opinari. Similiter autem et aliorum unumquodque dictorum. Amplius autem quibusdam animalium omnia insunt haec, quibusdam vero quaedam horum, aliis autem unum solum. Hoc autem facit differentiam animalium. Propter quam autem causam posterius intendendum est. Similiter autem et circa sensus accidit: alia enim habent omnes, alia vero quosdam, quaedam autem unum maxime necessarium tactum. Quoniam autem quo vivimus et sentimus dupliciter dicitur, sicut quo scimus: dicimus autem hoc quidem scientiam, illud autem animam; utroque enim horum dicimus scire. Similiter autem et quo sanamur, hoc quidem sanitate, illud autem parte quadam corporis aut toto. Horum autem scientia quidem et sanitas forma est et species quaedam et ratio et ut actus susceptivi, haec quidem scientifici, illa autem sanativi. Videtur enim in patiente et disposito activorum inesse actus. Anima autem est hoc quo vivimus et sentimus et intelligimus primo. Quare ratio quaedam erit et species, sed non ut materia et subiectum. Tripliciter autem dicta substantia, sicut diximus, quorum hoc quidem species, aliud vero materia, aliud autem ex utrisque. Horum autem materia quidem potentia, species autem actus.

Quoniam autem quod ex utrisque animatum, non corpus est actus animae, sed ipsa corporis cuiusdam. Et propter hoc bene opinantur quibus videtur neque sine corpore esse neque corpus aliquod anima. Corpus enim non est, corporis autem aliquid. Et propter hoc in corpore est, et in corpore huiusmodi, et non sicut priores in corpus adaptabant ipsam, nihil determinantes in quo et quali, cum non videatur quodlibet accipere quodlibet. Sic autem fit et secundum rationem: uniuscuiusque enim actus in potentia existente et in propria materia natus est fieri. Quod quidem igitur actus quidam est et ratio potentiam habentis esse huiusmodi manifestum ex his est.

Potentiarum autem animae quae dictae sunt, aliis quidem insunt omnes, sicut diximus, aliis autem quaedam horum, quibusdam autem una sola. Potentias autem diximus vegetativum, appetitivum, sensitivum, motivum secundum locum, intellectivum. Insunt autem plantis quidem vegetativum solum, alteris autem hoc et sensitivum. Si autem sensitivum, et appetitivum. Appetitus quidem enim desiderium et ira et voluntas. Animalia autem omnia unum habent sensuum, tactum. Cui autem sensus inest, huic delectatio et tristitia et delectabile et triste. Quibus autem haec, et concupiscentia: delectabilis enim appetitus est hic. Amplius autem alimenti sensum habent; tactus enim alimenti sensus est.

et humidi et calidi et frigidi cau-
tur unicuique omnium horum
sensus tactus est, aliorum sen-
sibilium secundum accidens; nichil
enim in alimentum confert so-
nus neque color neque odoratus; sa-
por autem aliquod unum est eorum que
tanguntur. Esuries autem
et sitis desideria sunt, et esuri-
es quidem sicci et calidi est, sitis
autem frigidi et humidi; sapor
vero ut dulcedo quedam horum est.
Certificandum autem de his
posterius est, nunc autem intan-
tum dictum sit quod animalium
habentibus tactum appetitus inest. De
fantasia autem sive arte sive
ymaginatione in incertum;
posterius autem intendendum
est. Quibusdam autem ad hec
inest secundum locum motivum,
alteris autem intellectivum et in-
tellectus ut hominibus et si aliquod
huiusmodi alterum est aut honorabi-
lius. Manifestum igitur quoniam eodem
modo una erit ratio anime quo et figu-
re; neque enim ibi figura preter trian-
gulum et que deinceps sunt, neque hic ani-
ma preter predictas est. Fiet
autem in figuris ratio communis que
conveniet quidem omnibus, propria
autem nullius erit figure. Similiter
autem et in predictis animabus. Quapropter ridi-
culum est querere communem rationem
in his et in alteris que nullius
est eorum que sunt propria ratio, nec

secundum propriam et individuam
speciem, dimittentes huiusmodi. Similiter autem
se habent ei quod de figuris est
et que secundum animam sunt; semper
enim in eo quod est consequenter
potentia quod prius est, et in figuris
et in animatis, ut in tetragono tri-
gonum est, in sensitivo autem
vegetativum. Quare unumquodque
querendum est que sit uniuscu-
iusque anima, ut que plante, aut
que hominis aut bestie. Propter quam
autem causam consequenter se habent
sic considerandum est, ut in plan-
tis. Sine autem eo quod
potest tangere aliorum sensuum
nullus est, tactus autem sine
aliis est: multa enim animalium
neque visum neque auditum habent neque o-
doratus sensum. Et sensitivo-
rum autem alia quidem habent secundum
locum motivum, alia vero non.
Ultimum autem et minimum rationem
et intellectum; quibus enim in-
est ratio corruptibilium, his et re-
liqua omnia, quibus autem illorum
unumquodque, non omnibus ratio, sed
quibusdam quidem neque
ymaginatio, alia autem hac
sola vivunt. De specu-
lativo autem intellectu altera ratio
est. Quod quidem de unoquoque
horum ratio hec propriissima et de anima
est, manifestum est. Necessarium est autem
debentem de his inactionem facere

accipere in unumquodque ipsorum quid
est, postea sic de habitis et de ali-
is investigare. Si autem oportet
dicere quid unumquodque ipso-
rum, ut quid intellectivum aut quid
vegetativum, aut quid sensiti-
vum, prius adhuc dicendum quid i-
sit intelligere et quid sentire aut
vegetari. Priores autem potentiis
actus et operaciones secundum rationem
sunt. Si autem sic, hiis adhuc priora
opposita sunt, oportet considera-
re, de eisdem principium sunt
dignum erit determinare propter ean-
dem causam, ut de alimento et
sensibili et intelligibili. Quare pri-
mum de alimento et de generatio-
ne dicendum. Vegetativa enim anima
et aliis inest et prima et communis-
sima potentia anime est, secundum quam inest
vivere omnibus; cuius sunt
opera generare et alimento
uti. Naturalissimum enim operum
viventibus, quecumque
perfecta et non imperfecta, preter
quam generationem per se tamen
facere est alterum quale ipsum,
animali quidem animal, plan-
ta autem plantam, quatinus
ipso semper divino participent
secundum quod possunt. Omnia enim illud
appetunt et illius causa agunt
quecumque agunt secundum naturam. Id
autem cuius causa est duplex, et
hoc cuius causa, illud vero quo.
Quoniam igitur communicare non possunt ipso

semper et divino continuacio-
ne, per id quod nichil contingit
corruptibilium idem et unum
numero permanere, secundum quod
potest participare unumquodque, com-
municat, sic hoc quidem magis, illud
vero minus, et permanet non id
sed ut id, numero quidem non unum,
specie vero unum. Est autem anima viven-
tis corporis causa et principi-
um. Hec autem multipliciter dicuntur. Similiter
autem anima secundum determinatos modos tres
causa est: et namque unde
est motus ipsa est et cuius causa,
et sicut substantia animatorum corporum est
causa. Quod quidem igitur sicut substan-
tia manifestum est; causa enim ipsius esse
omnibus substantia est. Vivere autem
viventibus esse est, causa autem et
principium hiis anima. Amplius
eius quod est potentia ratio et actus.
Manifestum autem est et quod cuius causa anima
causa est: sicut enim intellectus propter hoc agit, eodem mo-
do et natura, et hoc est
ipsius nature finis. Talis autem
in animalibus anima est et secundum natu-
ram; omnia enim physica corpora anime
instrumenta sunt, et sicut animalium, sic et
plantarum, sicut que propter animam sunt.
Dupliciter autem dicitur quod cuius causa,
quod est et cui. Et
unde primum est motus
secundum locum anima
est. Non omnibus autem viventi-
bus inest potentia hec. Est
autem et alteratio et augmentum

secundum animam· sensus et alteratio
quedam videtur· sentit autem
nichil quod non participet
anima· similiter autem et de augmento
et decremento se habet· nichil enim
corrumpitur neque augmentatur
physice nisi quod alitur· alitur
autem nichil quod non communicet
vita. Empedocles autem non bene
dixit hoc addens augmentum
accidere plantis deorsum quidem
radicatis quod terra sic fertur
secundum naturam· sursum autem
propter ignem· sursum et deorsum non bene
accipit· non enim idem
est omnibus sursum et deorsum
et omni· sed sicut caput animalium sic
radices plantarum sunt· si oportet
organa dicere diversa et eadem
operibus. Adhuc autem quid est
continens ignem et terram
in contraria que feruntur·
evellerentur enim nisi aliquid prohi-
beret· si vero erit hoc est anima
et causa augmenti et alimen-
ti. Videtur autem quibusdam ignis
natura simpliciter causa alimen-
ti et augmenti esse· et enim ipsum
videtur solum corporum esse aut
elementorum quod alitur et augme-
tatur· unde et in plantis et in anima-
libus accipiet aliquis hoc esse quod
operatur· hoc autem est concausa quo-
dammodo non tamen simpliciter causa
sed anima magis. Igitur quod
augmentatum est in infinitum

quousque est combustibile· na-
ture constantium omnium est ter-
minus magnitudinis et augmenti·
hec autem anime sunt sed non ignis
et rationis magis sunt quam mate-
rie. Quoniam autem hec potentia anime est
nutritiva et generativa et genera-
tiva· et de alimento necesse est
determinare primum· determinatur enim ad
alias potentias opere hoc. Videtur
autem esse alimentum contrarium
contrario· non omne autem omni
sed quecumque contrariorum non solum
ex alterutris· sed augmentum
fiunt autem multa ex alterutris
sed non omnia quanta ut sanum ex
laborante· videntur autem neque illa e-
odem modo adinvicem alimentum
sed aqua quidem igni alimentum
est· ignis autem non alit aquam.
In simplicibus quidem videtur
corporibus hoc esse maxime alimentum
quod alit· aliud vero quod alitur.
Dubitationem autem habet· dicunt hii simile si-
mili sicut augeri et generari· aliis
autem sicut diximus contrarium con-
trario· impassibile
sit simile· alimentum autem mu-
tari et digeri· mutatio autem
in omnibus aut in contrarium
est aut in medium. Adhuc
patitur alimentum ab alito
aliquid· sed non hoc
ab alimento· sicut neque faber
a materia· sed ab hoc illa· faber
autem mutatur solum in

actum ex otio. Videtur autem
esse alimentum quod ultimo fit
aut quod primo fit differentia. Si vero
utrumque, sed hoc quidem non decoctum
illud autem decoctum, utrique in
contingit alimentum dicere; in
quantum quidem non decoctum
contrarium contrario alitur; in-
quantum autem decoctum simile simili. Quare
manifestum quod dicunt quodammodo
utrique et recte et non recte. Quoniam
autem nihil alitur quod non participat
vita, animatum erit corpus quod a-
litur inquantum animatum est;
quare et alimentum ad animatum est,
et non secundum accidens. Est autem
alimento et augmentativo esse alterum: in-
quantum enim quantum aliquid est animatum,
augmentativum; inquantum autem hoc
aliquid et substantia, alimentum. Salvat
enim substantiam et usque ad hoc est
quousque alitur; et generationis factivum
est, non eius quod alitur, sed quale est
quod alitur; iam enim est ipsa substantia;
generat autem nihil ipsum seipsum, sed salvat.
Quare huiusmodi animae principium potentia est tale
quale salvare suscipiens ipsum
inquantum est huiusmodi, alimentum autem
praeparat operari; unde privatum
alimento non potest esse. Quoniam autem
sunt tria, quod alitur et quo alitur et
alens, alens quidem est prima anima, quod
autem alitur habens ipsam corpus, quo
autem alitur alimentum est. Quoniam
autem a fine appellari omnia iustum
est, finis autem est generare quale ipsum,

erit utique prima anima generativa quale ipsum.
Est autem quo alit duplex, sicut et quo
gubernatur, et manus et temo;
hoc quidem movens et motum, illud
autem movens solum. Omne autem
necesse est alimentum posse de-
coqui; operatur autem decoctionem
calidum; unde omne animatum
habet calorem. Figuraliter quidem
alimentum quid sit dictum est;
certificandum autem est postea de
ipso in propriis sermonibus.

Determinatis autem his dicamus
communiter de omni sensu. Sensus
autem in moveri et pati accidit,
sicut dictum est; videtur enim alteratio quaedam
esse. Dicunt autem quidam et simile a simili pa-
ti. Hoc autem quomodo possibile aut impossibile
dictum est in universalibus sermonibus
de facere et pati. Habet autem
dubitationem propter quid et ipsorum sensuum
non fit sensus, et quare sine his
quae sunt extra non faciunt sen-
sum, cum insit ignis et terra et alia elementa
quorum est sensus per se aut
secundum accidentia horum. Manifestum igitur est quod sensitivum non
actu est, sed potentia solum. Unde non sentit,
sicut combustibile non comburitur
per seipsum sine combustivo;
combureret enim seipsum et nihil
indigeret actu igne existente. Quoniam
autem sentire dicimus dupliciter, potentia enim
audiens et videns audire et videre
dicimus, et si forte dormiens, et
iam operans, dupliciter dicetur

tur et sentiunt, hic et quod sic potentie tale neque actu. Sentire et sentientem autem potentia est et actu. Primum quidem igitur quod idem sit pati et moveri et agere dicimus. Etenim est motus actus quidam imperfectus, sicut in aliis dictum est. Omnia autem patiuntur et moventur ab activo et quod actu est. Unde est quidem tamquam a simili patitur, est autem tamquam a dissimili, sicut diximus. Patitur quidem dissimile, passum autem simile est.

Dividendum autem et de potentia et actu est. Nunc autem de ipsis simpliciter dicimus. Est enim sic sciens aliquid sicut si dicimus hominem scientem, quoniam homo scientium est et habentium scientiam. Est autem sicut iam dicimus scientem habentem grammaticam. Uterque autem horum non eodem modo potens est, sed hic quidem quoniam genus huiusmodi et materia est, ille autem quoniam volens potens est considerare nisi aliquid prohibeat exterius. Iam et considerans cum actu sciat et proprie sciens est hoc A. Ambo quidem igitur primi secundum potentiam scientes sunt, sed hic quidem per doctrinam alteratus est et multotiens ex contrario mutatus habitu. Ille autem ex eo quod habet sensum aut grammaticam, non agere autem in agendo aliquo modo. Non est autem simplex neque pati, sed hoc quidem est corruptio quedam a contrario, aliud autem salus magis est eius quod est in potentia ab eo quod est actu et simili, sic sicut potentia se habet ad actum. Speculans enim fit habens scientiam, quod sic aut non est alterari, in se ipsum enim est additio et in actum, aut alterum genus alterationis est. Unde non bene se habet dicere sapiens cum sapiat alterari, sicut neque edificatorem cum edificat.

Quod quidem igitur in actum ducit ex eo quod est in potentia intelligens et sapiens, non doctrinam, sed alteram denominationem habere iustum est. Sed ex eo quod est potentia addiscens et accipiens scientiam ab eo quod actu est et doctivo pati, aut neque dicendum est sicut dictum est, aut duos modos esse alterationis, et unam in privativas dispositiones mutationem et alteram in habitus et naturam.

Sensitivi autem prima quidem mutatio fit a generante. Cum autem generatum est, habet iam sicut scientiam et sentire secundum actum.

Similiter dicitur ei quod est considerare. Differt autem quoniam huius quidem effectiva operationis extra sunt, visibile et audibile, similiter autem et reliqua sensibilium. Causa autem est quoniam singularium secundum actum sensus est, scientia autem universalium. Hec autem ipsa quodammodo sunt in anima. Unde

intellige quidem in ipso est cum
velit. sentire autem non est in ip
so. necesse enim est ipsum esse sen
sibilem. similiter autem hoc se ha
bet et in scientiis sensibilium quod
sentiunt et propter eandem causam
quia sensibilia singularium
sunt et exteriorum. sed de his quidem
certificare tempus fiet iterum.
Nunc autem distinctum tantum sit et
quoniam cum non sit simpliciter quod
potentia dicitur, sed aliud quidem sic
ut si dicamus puerum posse
militare, aliud autem sic ut iuvenem
te existentem sic se habet sensitivum.
Quoniam autem innominata est differentia ip
sorum, determinatum autem est de ip
sis quoniam altera et quomodo altera sunt
uti necesse est ipso pati et alterari
tamquam propriis nominibus. sensitivum potentia
est ut sensibile iam actu
sicut dictum est. patitur quidem
igitur cum non sit simile, passum
autem assimilatur et est ut illud.
Dicendum autem est secundum unumquodque
sensuum de sensibilibus primum.
Dicitur autem sensibile tripliciter,
quorum duo quidem per se di
cimus sentire, unum autem secundum
accidens. duorum autem aliud quidem
proprium est uniuscuiusque sensus,
aliud autem commune omnium. dico autem
proprium quidem quod non contingit
altero sensu sentiri, et circa quod
non contingit errare, ut visus
coloris et auditus soni et gustus

saporis. tactus autem plures habet
differentias. sed unumquodque iudicat
de his et non decipitur quod color
est neque quod sonus. sed quid est
coloratum aut ubi, aut quid
est sonans aut ubi. huiusmodi quidem
igitur dicuntur propria uniuscuiusque. Communi
a autem sunt motus, quies et
numerus, figura, magnitudo. huiusmodi
enim nullius sunt propria, sed
communia omnibus. etenim tactu motus
quidam est sensibilis et visui.
Secundum autem accidens dicitur sensibile
ut si album sit Diarii filius. secundum accidens
enim hoc sentitur, quia ac
cidit hoc albo quod sentitur.
Unde et nihil patitur secundum quod huiusmodi
est a sensibili. sensibilium
autem secundum se propria proprie
sunt sensibilia, et ad quae substantia
nata est uniuscuiusque sensus.
Cuius quidem est visus, hoc est vi
sibile. visibile autem est color,
et quod ratione quidem est dicere, in
nominatum autem contingit esse.
manifestum autem erit quod dicimus in
gredientibus maxime. visibile
enim est color. hoc autem est quod per se vi
sibile. per se autem non ratione,
sed quia in se ipso habet causam
essendi visibile. omnis autem
color motivus est secundum actum
lucidi, et hoc est ipsius natura
coloris. unde non visibile
est sine lumine, sed omnis omnino
color in lumine videtur. Quare

quo de lumine dicendum est primum.
Est autem aliquod lucidum. lu-
cidum autem dico quod est vi-
sibile. non autem secundum se visibi-
le ut simpliciter est dicere, sed propter extra-
neum colorem. huiusmodi autem est
aer et aqua et multa solidorum.
non secundum quod aqua neque secundum
quod aer lucidum est. sed quoniam
eadem est natura inest utrique et
in perpetuo superiori corpore.
Lumen autem est actus huius lu-
cidi secundum quod est lucidum.
potentia autem in quo hoc tenebra est.
Lumen autem est ut color lucidi
cum fuerit actu lucidum ab igne
aut huiusmodi, ut quod est sursum
corpus. hoc enim unum et idem. quid
quidem lucidum et quid lumen dictum
est. quia neque ignis neque omnino
corpus neque defluxus corporis
ullius. esset enim et sic quoddam corpus.
sed ignis aut huiusmodi alicuius
presentia in lucido. neque enim duo
corpora simul esse in eodem.
Videtur autem lumen contrarium esse
tenebre. est autem tenebra privatio
huiusmodi habitus ex lucido. quare
manifestum quod et huius presentia lumen
est. Et non recte Empedocles neque
si quis alius ita dixit quod
fertur lumen et extenditur
in medio terre et continentis. nos
autem latet. Hoc enim est et preter eam que
in ratione veritatem et preter ea que videntur. in
parvo enim spacio latere potest. ab

oriente autem in occidentem latere
multum valde magnum quod est. Est
autem coloris quidem susceptivum non
color. soni autem absonum. In-
color autem est lucidum. aut quod in-
visibile est autem quod vix videtur
ut videtur omne quod tenebrosum
est. huiusmodi autem lucidum est. sed non
cum actu lucidum est sed cum
potentia. eadem quidem natura quandoque autem te-
nebra est. quandoque autem lumen est. non
autem omnia visibilia sunt in lumine
sed solum uniuscuiusque proprius color. que-
dam enim in lumine quidem non vi-
dentur. in tenebris et faciunt
sensum. ut ignea apparent et lucen-
tia. non autem nominata sunt uno
nomine. ut quercus putredines
ut cornu, capita piscium et
squame et oculi et noctiluca.
sed nullius videtur horum proprius
color. propter quam igitur causam hec videntur
alia ratio est. Nunc autem
in tantum manifestum est quod in lumine
quidem quod videtur color est. unde
non videtur sine lumine. hoc enim
erat ipsi colori esse. quod est mo-
tivum esse secundum actum lucidi. per-
fectio autem lucidi lumen est. Sig-
num autem huius manifestum est. Si
enim aliquis ponat habens colorem
super visum, non videbitur. Sed
color movet lucidum ut ae-
rem. ab hoc autem continuo existen-
te movetur sensitivum. non enim bene
dicit Democritus opinans quod si

eret uacuum medium uideri
utique certe et si formica in celo
esset. hoc enim impossibile est. patien
te enim aliquid quo sensitiuum est
ipsum uidere. ab ipso quidem quod
uidetur colore impossibile est. Re
linquitur quod a medio. quare necesse est
aliquid esse medium. uacuo
autem facto non utique certe, sed omnino
nichil uidebitur. propter quam quidem causam
colorem uidere est in lumine in
dere dictum est. Ignis autem in
utrisque uidetur et in tenebris et in lu
ce et hoc ex necessitate. lucidum enim
sub hoc fit lucidum. Eadem ra
tio est de sono et de odore. nullum
enim ipsorum tangens id quo sentitur
facit sensum, sed ab odore et
a sono media mouentur. ab
hoc autem eorum que sentiunt u
trumque. cum autem super ipsum
aliquis apposuerit sensum odo
rans aut sonans, nullum sensum
faciet. De tactu autem et gustu
similiter. sed non uidetur. propter
quam posterius erit manifestum. Est
medium autem sono quidem est aer
sonanti. odori autem innominatum
est. commune enim quedam passio est in
aere et aqua, sicut lucidum
colori, sic habenti odorem quod in
utrisque inest. Videntur enim et aquatica ani
malia habere sensum odoris. sed ho
mo et gressibilium animalium
quecumque respirant impossibile est
odorare non respirantia. causa autem

de hiis posterius dicetur. Nunc
autem primo de sono et auditu deter
minemus.

Est autem sonus duplex. hic quidem
actu quidam, hic uero potentia.
Alia uero dicimus non habere sonum
ut spongiam et lanas. quedam
autem habere ut es et quecumque leni
a et plana sunt, quia possunt
sonare hoc. hoc autem ipsius me
dium et auditus facere sonum
actu. Fiet autem et sonus actu
semper alicuius et ad aliquid
et in aliquo. percussio autem est
faciens. unde impossibile est cum sit
unum fieri sonum. aliud enim est
uerberans et quod uerberatur.
quare sonans ad aliquid sonat.
Et sine latione non fit. tangere
autem aliquid. cum autem ictu
tetigerit sonat. ictus autem non
fit sine motu. sicut autem diximus
non omnium contingentium
ictus est sonus. nullum enim so
num pili faciunt et si percu
tiantur. sed es et quecumque leni
a et concaua sunt. et quidem
enim lene est. concaua autem
ex repercussione multos ic
tus faciunt ictus post primum
impotente exire quod motum
est. Amplius auditur in aere
et in aqua. sed in aqua minus.
non est autem soni dominus aer neque aqua
sed oportet firmorum percussionem
ad inuicem et ad aerem. hoc autem

fit cum permaneat percussus
aer et non solvitur. Unde si ve-
lociter et fortiter percutiatur so-
nat. Oportet enim pervenire motum
verberantis fractionem aeris
sicut si congeriem aut cumu-
lum lapidum percutiat aliquis
qui fertur velociter. Eccho
autem fit cum ab aere uno facto propter
vas determinans et prohibens dissipari
aer depellitur sicut spera. Unde
autem semper fieri eccho, sed non certa,
quia accidit in sono sicut in lumine.
Et lumen enim semper repercutitur,
nec enim fieret per omnia lumen, sed te-
nebra extra solem. Sed non sic re-
percutitur sicut ab aqua aut ae-
re aut a quodam alio lenium,
quod sit tenebram facere qua lu-
men diffinimus. Vacuum
autem recte dicitur proprium audiendi.
Videtur autem omne vacuum aer. Hic
autem est faciens audire cum unus et
movetur continuus et unus. Sed
propter id quod frangibilis est non
sonat nisi leve sit quod per-
cutitur. Tunc autem unus fit simul
propter planum; unius enim esse leve est
planum. Sonativum igitur est mo-
tivum unius aeris usque ad auditum.
Auditui autem connaturalis est aer.
Propter id autem quod in aere est in mo-
to exterior quod intra est in-
movetur. Ob hoc per omnia est
non audit, nec per omnia transit
aer. Non enim per omnia habet aerem mo-
venda pars et animato. Ipsum igitur
quidem insonabile aer propter id quod
corruptibilis est. Cum autem prohi-
beatur corrumpi, huius motus
sonus est. Qui autem in auribus
coedificatus est ad hoc ut sit immobi-
lis, ut quatinus sentiat omnes
differentias motus. Propter hoc autem et in a-
qua audimus, quoniam non ingre-
ditur ad ipsum connaturalem
aerem, sed neque in aurem propter reflex-
iones. Cum autem accidit non
audit, neque si miringa si in pu-
pilla pellis. Sed signum est au-
diendi aut non sonare semper
aurem sicut cornu. Semper enim pro-
prio motu quodam aer movetur
qui est in auribus. Sed sonus ex-
traneus et non proprius. Et propter hoc dicunt
audire in vacuo et sonanti, quoniam
audimus in habente determinatum
aerem. Utrum autem sonat quod
verberatur aut verberans? aut
utraque, modus autem alter. Est enim sonus
motus eius quod sic moveri po-
test quemadmodum saliunt a lenibus cum
aliquis percutiat. Non igitur omne sic
desinit quod concutitur so-
nat, aut subeunte obviatur
acui plano. Sed oportet quod percuti-
tur regulare esse. Differentie autem
sonantium in sono ostenduntur
secundum actum. Sicut enim sine lumine
non videntur colores, sic nec sine so-
no acutum et grave. Hec autem
dicuntur secundum metaphoram a tangibilibus.

que tanguntur. acutum enim
mouet sensum in pauco tempore
multum. graue in multo
tempore paucum. non tamen velox est
acutum. graue autem tardum
sed fit huius quidem per velocitatem
huius motus. illius vero per tardita-
tem. et videtur similitudinem habere
ad tactum cum acuto et obtuso.
acutum enim ut pungit. obtusum
pellit. propter id quod mouet hoc
quidem in pauco. illud quidem
in multo. est quidem accidit hoc
quidem velox. illud autem tardum
esse. de sono autem sic determinatum
est. Vox autem sonus est animati.
inanimatorum vero nullum vo-
cat. sed secundum similitudinem dicitur
vocare ut tibicen et lira et quecum-
que alia inanimatorum extensio-
nem habent et melos et locutio-
nem. videtur autem quod sola
vox habet hec. multa autem ani-
malium non habent vocem ut que sine
sanguine sunt et pisces. et hec
rationabiliter. si quidem aeris mo-
tus sonus est. sed dicti vocare
ut in acheloo fluminum sonant
branchiis aut in altero tali quod
vox autem animalis sonus et non in qua-
libet parte. sed quoniam omne sonat ali-
quo verberante et ad aliquid et in
aliquo. hoc autem aer. rationabili-
ter utique hec sola vocabunt que-
cumque recipiunt aerem. iam
et respirato utitur natura

in duo opera sicut lingua sicut in
gustum et locutionem. quorum
quidem gustus necessarium est. unde et pluri-
bus inest. interpretatio autem est
propter bene esse. sic et spiritu ad calorem
interiorem sicut necessarium. causa
et in aliis dicetur. et ad vocem
ut sit bene. organum autem respi-
rationis vocata arteria est.
cuius autem causa hec pars est,
pulmo. hac enim parte plurimum
calorem pedibus gradientia
alia. indiget autem respiratione
et qui circa cor locus primum. unde
necesse est interius respirantem
ingredi aerem. Quare percussio re-
spirati aeris ab anima que est in
hiis partibus ad vocatam ar-
teriam vox est. Non enim
omnis animalis sonus est vox sicut diximus.
est enim et lingua sonare et sicut tus-
sientes. sed oportet animatum esse verbe-
rans et cum imaginatione aliqua.
significatiuus enim quidam sonus
est vox et non respirati aeris sed
sicut tussis. sed in hoc verberat
eum qui est in arteria ad ipsam.
Signum autem non posse vocare
respirantem neque expirantem
mouet enim hoc retinens. Manifestum
autem et quare pisces sine voce
non enim guttur habent. hanc par-
tem non habent quia non recipiunt
aerem neque respirant. propter
quam quidem causam altera ratio
est.

De odore autem et olfactu minus
bene determinabile est dic-
tis. Non enim manifestum est quale quid
sit odor sicut sonus aut color. Cau-
sa autem est quoniam sensum hunc
non habemus certum, sed peiorem
multis animalibus. Prave enim homo odo-
rat et nichil odorat odorabi-
lium sine tristicia et leticia, et
sic non existente certo eo quo sen-
timus. Racionabile autem et sic est
forte et oculi colores sentire et
non per manifestas differentias colorum nisi
terrore et non terrore. Sic enim
hominum genus odores. Vide-
tur enim analogiam habere ad gustum
et similiter species humorum eius que
sunt odoris. Sed certiorem habe-
mus gustum propter id quod ipse
quidam tactus est. Autem hunc
homo sensum habet certissimum.
In aliis enim omnibus quidem deficit
multum ab aliis, secundum autem
tactum multum ab aliis
differenter certificat. Unde pru-
dentissimum est animalium. Signum
autem est et in genere hominum secundum
id quod videntur ingeniosos
et non ingeniosos, secundum autem
aliud genus nullum. Forte
quidem carne inepti mente, molles
autem carne bene apti esse. Est
autem sicut humorum hic quidem dul-
cis, ille vero amarus, sic et odores
sunt. Sed alia quidem habent propor-
cionalem odorem et humorem, di-
co autem dulcem odorem et dul-
cem humorem. Alia vero contra-
rium. Similiter autem et acer et austerus et
acutus et pinguis est odor. Et
sicut diximus propter id quod non multum
perspicui sunt odores sicut hu-
mores, ab his accipiunt nomina
secundum similitudinem rerum. Dulcis enim
quidem a croco et melle. Acer autem a
thimo et huiusmodi et in eodem mo-
do et in aliis. Est autem sicut au-
ditus unusquisque sensuum, hic
quidem audibilis et non audibilis
est, ille vero visibilis et non visibi-
lis, et olfactus odorabilis et non odo-
rabilis. Non odorabile autem aliud
quidem secundum id quod omnino impossibile
est habere odorem, aliud autem
est parvum habens et hoc pravum.
Similiter autem et non gustabile dicitur. Est
autem olfactus per medium ut aeris
et aque. Et enim aquatilia
videntur odorem sentire, similiter que
cum sanguine et sine sanguine
sunt, sicut et que in aere. Et
horum enim quedam a longe occur-
runt ad alimentum euodia
odore sunt, ut que ab odore
moveantur. Unde et dubium
videtur si omnia quidem similiter
odorant. Homo enim respirans, non
respirans autem sed expirans aut
retinens spiritum non odorat neque a lon-
ge neque prope, neque si in naribus
ponatur. Et hoc quidem in ipso posito
quod sentitur insensibile esse

omnibus est. Quod si non respirant
non sentire impossibile est. Mani-
festum autem est hoc temptanti-
bus. Quare sanguinem non habentia
non respirantia alterum utique quen-
dam sensum haberent preter eos
qui dicti sunt. Sed impossibile est
siquidem odorem sentire. Odora-
bilis enim sensus et mali odorabi-
lis et boni odoramenti olfactus
est. Amplius quoque et corrumpi vi-
dentur a fortibus odoribus a quibus
homo est, et sulphure et huiusmodi.
Olfacere quidem igitur necesse est
et non respirantia. Videtur autem in
hominibus differre hoc quo sentimus
sensuum ad eum qui est aliis
aliorum, sicut oculi ad eos qui for-
tes oculi sunt. Alii quidem enim
habent sicut velamen et palpebras,
cuius absentia non movent neque
contuentur non videt. Fortes et
oculi nichil huiusmodi, sed mox
vident que fiunt in lucido.
Sic igitur et olfactivum sensitivum ali-
is quidem non coopertum est sicut
hec sicut oculus, palpitantibus autem
aerem recipientibus habere coo-
perimentum quod respiran-
tibus discooperitur, ampliata
vena et poris. Et propter hoc respi-
rantia non odorant in aqua.
Necesse enim olfacere respi-
rantia per respirationem.
Hoc autem facere in humido im-
possibile est. Est quidem odor sicci sic

humor humidi. Olfactivum autem quod
sensitivum potentia tale est.
Gustabile autem tactivum quoddam,
quod potest tangi, et hoc
est causa non esse sensibile per
medium extraneum corpus-
nec tactus. Et corpus in quo gusta-
bile in quo humor est, quod gus-
tabile in humido sicut est. Hoc
autem est quoddam quod potest
tangi. Unde et si in aqua essemus,
sentiremus utique appositum dul-
ce. Nec autem esset sensus nobis per
medium, sed in eo quod mi-
sceretur humido, sicut est in
potu. Color autem non sic videtur
in eo quod miscetur, neque defl-
uxionibus sic. Quod igitur medium
nullum est, sicut color visibile est,
sic gustabile humor est. Nihil
autem facit humoris sensum si-
ne humiditate, ut salsum. Sed
et humidus salsum est sicut
quod sal ipsum est et liquefacti-
vum lingue. Est autem visus visi-
bilis est et invisibilis. Tene-
bra enim invisibilis est. Iudicat
autem et ipsum visus valde. Ad-
huc autem valde splendidi est,
et hoc invisibile aliter autem quam
tenebra. Sic autem et auditus
sonum et silentium est, quorum aliud
quidem audibile, aliud autem non
audibile, et magni soni est sic-
ut visus est splendidi. Sicut enim par-
vus sonus inaudibilis quo-

dampnificat et magnum et violen-
tum. invisibile autem aliud quidem
omnino dicitur sicut et in aliis impos-
sibile, aliud autem quando
natum aptum natum non habet
aut prave, sicut non gressibile
et quod sine gradu dicitur. Sic
autem et gustus gustabilis et non
gustabilis. hoc autem est parvum
aut pravum habens humorem,
aut corruptivum gustus. Vide-
tur autem esse principium potabile
et non potabile. gustus enim quidam
utrumque est. sed hic quidem pravus
et corruptivus gustus, illud vero
secundum naturam. est autem com-
mune tactus et gustus potabile et non
potabile. Quoniam autem humidum
gustabile est, necesse est et quo
sentimus ipsum neque humidum
esse actu neque impossibile humidum
fieri. patitur enim aliquid gustus a
gustabili secundum quod gustabile.
necesse igitur est humidum
fieri si salvatum, non autem humi-
dum esse gustativum quo senti-
mus. Signum autem quoniam
est secundum siccam existentem lin-
guam sentire neque nimium
humidam. hic enim tactus fit
primi humidi sicut cum ante
gustaverit fortem humorem gus-
tet alterum, et ut laborantibus a-
mara omnia videntur, propter quod lin-
gua plena humiditate sen-
tiunt. Species autem humorum sicut

in coloribus simplices quidem con-
trarie sunt dulce et amarum.
habite autem huic quidem unctuosum
est, pingue autem huic salsum.
media autem horum acre et aus-
terum et stipticum et ac-
cetosum et acutum. fere enim
hec videntur esse differentie humorum. Quare gus-
tativum est potentia tale. gustabile autem
est factivum actu illius.
De eo autem quod potest tan-
gi et tactu eadem ratio est. Si enim
tactus non unus sensus, sed plu-
res, necesse est et que possunt tangi
sensibilia plura esse. Habet autem du-
bitationem utrum plures sunt aut u-
nus, et quid est quo sentimus quod
est sensitivum, utrum caro et in
aliis quod proportionale, aut non, sed hoc
quidem est medium, primum autem
quo sentimus aliud quid est intus.
Omnis enim sensus unius contra-
rietatis esse videtur, ut visus
albi et nigri, et auditus gravis
et acuti, et gustus amari et dulcis.
In eo autem quod tangi potest insun-
t multe contrarietates, calidum
frigidum, humidum siccum, durum
molle et aliorum quecumque huiusmodi sunt.
Habet autem quandam solutionem ad
hanc dubitationem quoniam et in aliis
sensibus sunt contrarietates
plures, ut in voce non solum a-
cuitas et gravitas, sed et magnitu-
do et parvitas et lenitas et aspe-
ritas vocis et huiusmodi altera. Sunt autem

te amorem dicemus esse. Sic
sic primum visibile sic audibi-
le unius sic tactilium non unum
esse unum est. Utrum autem hoc
sensitivum intus sit aut non
sed mox caro nullum videtur
esse signum sensitivum simul
cum hiis que tanguntur et
et nunc si aliquis esse carnem
extenderit aliquid ut pellem
faciens sic sensum mox tangens
quamvis manifestum est quod
quod non est in ipsa id quod sen-
timus. Si autem et naturale fi-
at citius adhuc transibit. Un-
de sensitivum ipsum in partem corporis
est sic se habere ut utique si circa
nos esset aer connaturalis
esse aer. Videremur enim uno se-
tire et sonum et odorem et colo-
rem et unum quidem esse sen-
sum visus et auditus et olfactus. Nunc
autem quia determinatum est per quod
fiunt motus manifesta sunt predicta
sensitiva quibus sentimus altera esse.
In tactu autem hoc nunc im-
manifestum est. Ex aere quidem aut
aqua impossibile est constare ani-
matum corpus. Oportet enim solidum
esse. Relinquitur autem mixtum
ex terra et ex hiis esse ut vult
esse caro et quod proportionale. Quare necesse est
esse et corpus esse medium tan-
gentis quod aptum natum est
per quod fiunt sensus cum
plures sint. Demonstrat autem quod

plures sunt in lingua tactus
omnia enim que tangi possunt et
sentit lingua secundum eandem
partem et humorem. Si quidem et
et alia caro sentiret humorem
videretur utique idem et unus
sensus esse gustus et tactus. Nunc autem
duo sunt propter id quod non con-
vertuntur. Dubitabit autem
aliquis si omne corpus profun-
dum habet. Hoc autem est tertia
magnitudo. Quorum autem duo-
rum corporum medium est corpus
aliquod non contingunt ad ipsa
ad invicem se tangere. Humidum
autem non est sine corpore neque
madidum sed necesse est aquam
omnino esse aut habere aquam. Que
autem tangunt se ad invicem in aqua
non siccis sunt extremis ne-
cesse est habere medium quo re-
pleta sunt ultima. Si autem
hoc est verum impossibile est tangere
aliud in aqua. Eodem autem in eo
sive in aere. Similiter enim se habet aer ad ea
que sunt in ipso et aqua ad ea
que sunt in ipsa aqua. Latet autem
magis nos sicut et que sunt in a-
qua animalia si madidum tan-
git madidum. Utrum igitur om-
nium similiter sensus aut alio-
rum aliter est sicut nunc videtur gus-
tus et tactus in eo quod tan-
gunt. Alii autem a longe sunt
hoc autem non est. Sed durum et mol-
le per altera sentimus sicut et sonativum

nabile et insensibile et odorabile. Sed
alia quidem a longe, alia vero pro-
pe. Unde videatur quidem sentimus
omnia per medium, sed in hiis
latet. Et sicut diximus prius, et si per
pellem sentiremus omnia que
tangi possunt, latente quia pro-
hibet, sicut et nunc in
aqua et aere. Videmur enim ipsa
tangere que tangi possunt, et nichil
ipsis esse per medium. Sed
differt id quod potest tangi
a visibilibus et sonativis, quoniam illa
quidem sentimus eo quod medium
nos faciat aliquid, que autem tangi
non sentire possunt non a me-
dio sed simul cum medio, sicut
per clipeum percussus; non enim per-
cussus est, sed simul utrique sunt
percussi. Omnino autem videtur lingua
et caro, sicut aer et aqua ad visum
et auditum et olfactum se habent, sic
se habere ad hoc quod senti-
unt, sicut illorum unumquodque. Quod
tangit autem ibi neque hic fieri utique
sensum, ut si aliquis ponat cor-
pus album in oculum ultimum. Ma-
nifestum est quod interius sit
quod tangibile sentit. Sic enim utique
accidet quod et in aliis: super-
posita enim super ipso quod sentiunt non
sentiuntur, super autem carnem posita
sentiuntur. Quare medium eius quod
potest tangi caro est. Sunt igitur
que tangi possunt differentie cor-
poris secundum quod est corpus. Dico autem
differentias que elementa determinant: calidum,
frigidum, siccum, humidum, de
quibus prius diximus in hiis que sunt
de elementis. Id autem quo sentimus
quod potest tangere et in quo vo-
catus tactus est sensus primo in
parte est. Sentire enim pati
quoddam est. Quare faciens quale
ipsum actu est, tale illud quod cum
sit potentia. Unde simile calidum et frigidum aut
durum aut molle non sentimus,
sed excellentias, tanquam sen-
su medietate quadam existente in
sensibilibus contrarietatibus.
Et propter hoc discernit sensibilia.
Medium enim discretivum est. Fit
enim ad utrumque alterum ultimorum.
Et oportet sicut debentem sentire al-
bum et nigrum neutrum autem
horum esse actu, potentia vero utra-
que, sic autem et in aliis, et in tactu
neque calidum neque frigidum. Amplius
autem sicut visibilis et invisibilis quo-
dam modo visus, similiter autem et reliqua
oppositorum, sic et tactus est qui tan-
gibilis et non tangi potest. Quod autem
non tangi potest est parvam
quidem habens penitus differentiam eorum
que tangi possunt, ut passus
est aer, et eorum que tan-
gi possunt excellentie sicut cor-
ruptive. Secundum quidem unumquemque
sensuum dictum figuraliter est.
Universaliter autem de omni sensu ac-
cipere oportet quoniam sensus quidem est
susceptivus susceptibilium specierum

sine materia ut cera anuli sine ferro et auro recipit signum, accipit autem aureum et eneum signum, sed non inquantum aurum aut es est. Similiter autem et sensus uniuscuiusque ab habente colorem aut humorem aut sonum patitur, sed non inquantum unumquodque illorum dicitur, sed inquantum tale est et secundum rationem. Quo autem sensitivum primum est, in quo huiusmodi est potentia. Est quidem igitur idem, sed esse alterum est. Magnitudo enim utique aliqua erit quod sentitur; non tamen sensitivo esse neque sensus magnitudo est, sed ratio quedam et potentia illius. Manifestum autem ex hiis est et propter quid sensibilium excellentie corrumpunt sensitiva; si enim sit fortior motus sensitivo, solvitur ratio: hoc autem erat sensus, sicut et symphonia et tonus percussis fortiter cordis. Et propter quid plante non sentiunt, habentes quandam animativam partem et aliquid patientes ab ipsis que tangi possunt; etenim frigescunt et calescunt. Causa enim non habere medietatem neque huiusmodi principium quod species recipit sensibilium, sed pati cum materia. Dubitabit autem aliquis si patiatur aliquid ab odore quod impossibile est olfacere, aut a colore non possibile videre. Similiter autem et in aliis. Si enim quod est olfactibile odor est, si aliquid facit olfacere odor facit; quare impossibilium olfacere nihil possibile pati ab odore. Est autem eadem ratio et in aliis, neque aliquid possibilium est nisi inquantum sensitivum est unumquodque. Simul autem manifestum est et sic: neque enim lux et tenebra neque sonus neque odor nihil facit in corporibus, sed in quibus est, ut aer qui cum tonitruo scindit lignum. Sed tangibilia et humores faciunt; si enim non, a quo utique patientur inanimata et alterantur? Ergo et illa faciunt. Aut si omne corpus passivum ab odore et sono, et patientia indeterminata sunt et non manent, ut aer fetet, patiens aliquid. Quid ergo est odorare preter pati aliquid? Aut odorare sentire est, aer patiens mox sensibilis fit.

Quod autem non sit sensus alter preter quinque, dico autem hos: visum, auditum, olfactum, gustum, tactum, ex hiis credet aliquis. Si et omnis cuius est sensus tactus et hunc habemus sensum, omnes enim tangibilis secundum quod potest tangi passiones tactu nobis sensibiles sunt. Et necesse est si quidem deficit aliquis sensus et organum aliquod est nobis deficere. Et quecumque ipsi tangentes

sentimus tactu sensibilia sunt
¶ que contingunt habentes; que-
cumque non per media et non ipsa
tangimus simplicibus; dicta-
tur tangimus. dico autem ut
aere et aqua. habet autem se sic.
¶ quod si quidem per unum organum
plura sensibilia fiant que al-
tera ad invicem sunt genere
necesse est habentem huiusmodi quo sentit
utrorumque sensitivum esse. ut si ex ae-
re est id quo sentit est et aer et
medium et soni et coloris. si autem
plura eiusdem sunt organa ut
coloris et aer et aqua. utraque enim
lucida sunt. et quod alterum
horum est habet solum sentiet
ipsum per utraque. simplicium
autem ex duobus his sunt quibus se-
tiunt solum super aer et aqua;
pupilla quidem est ex aqua. au-
ditus vero ex aere. olfactus autem
ex altero horum est. ignis autem aut nul-
lius est aut communis omnibus; nichil
enim sine calore sensitivum est. ter-
ra vero aut nullius est aut
in tactu maxime miscetur propri.
relinquitur utique nullum esse id quod
sentiat preter aerem et aquam.
¶ hec autem et nunc habent quedam ani-
malia. omnes ergo sensus habentur ab his que
imperfecti non autem ab imperfectis.
¶ videtur et talpa sub pelle habere ocu-
los. quare nisi sit alterum aliquod
corpus et passio quod nullius
que sunt hic corporum nullus, nu-
llus deficiet sensus. ¶ At vero
neque communium possibile esse id quo se-
ntiat aliquod proprium, que
unoquoque sensu sentimus secundum
accidens. ut motum statum
figuram magnitudinem et
numerum unum. hec enim omnia mo-
tu sentimus. ut magnitudinem
motu est et figuram. magnitu-
do enim quedam et figura est. quies-
centia autem in eo quod non move-
tur. numerum autem negatione continui et
propriis. unusquisque enim unum sen-
tit sensus. quare manifestum est quod im-
possibile est cuiuslibet proprium sensum
esse horum ut motus. ¶ Sic enim erit
sicut nunc visu dulce sentimus.
hoc autem est quia utriusque contin-
git habere sensum secundum
id quod simul cognoscimus.
si vero non, nequaquam sed aut
secundum accidens sentiremus ut Cleo-
nis filium non quia Cleonis
filius est sed quia albus est. huic
autem accidit Cleonis filium esse.
¶ Communium autem iam habemus sen-
sum communem non secundum accidens. non
igitur proprius; nequaquam enim uti-
que iam sentiremus sed aut secundum
accidens sic sicut dictum est Cleonis fi-
lium nos videre. ad invicem autem
propria secundum accidens sentiunt
sensus non secundum quod ipsi sunt
sed secundum quod unus est cum
simul fiant sensus in eodem
ut cum coleram amaram et rubeam

crocea sit. non refelleret in eo dicit
cum utraque unum simul ob hoc
et decipiuntur. Et si fuerit rubeum
dum coleram opinatur esse.
Inquiret autem aliquis cuius
causa plures habemus sensus, et
non solum unum. Aut quatenus
non lateant consequentia et communia ut mo-
tus et magnitudo et numerus.
Si enim esset visus solum et hic albi,
lateret utique magis, et videretur
idem esse omnia propter id quod conse-
quuntur ad invicem simul, ut
color et magnitudo. Nunc autem
quoniam in altero sensibili communia insunt,
manifestum facit quod aliud quid-
dam unumquodque ipsorum. Quoniam
autem sentimus quod videmus et
audimus, necesse est aut visu
sentire quod videt aut altero.
Sed idem erit visus et colo-
ris subiecti. quare aut duo eiusdem erit
aut idem eiusdem. Amplius et
si et altera fit visus sensus, aut in
infinitum procedet aut ipse sui
ipsius erit aliquis. quare in primo
hoc faciendum est. Habet autem dubi-
tationem. si enim visu sentire videre est,
videtur autem color aut habens hoc,
quare si videre aliquid quod
est videns, et colorem habebit primum
videns. Manifestum igitur quod non unum
est visu sentire. et enim cum
non videmus, visu iudicamus
tenebras et lucem, sed non eodem modo
sed. Amplius autem videns est ut

coloratum. quod et sentitivum
susceptivum est sensibilis sine ma-
teria unumquodque. Unde et abeuntibus sen-
sibilibus insunt sensus et fan-
tasie in quibus sentiunt. Sensi-
bilis autem actus et sensus idem
idem est et unus, esse autem ipsi
non idem. Dico autem ut est so-
nus secundum actum et auditus secundum
actum. Est enim auditum habentem non
audire, et habens sonum non semper
sonat. Cum autem operetur
potens audire et sonet potens sona-
re, tunc secundum actum auditus si-
mul fit secundum actum et sonus, quo-
rum dicet utique aliquis aliud
quidem esse auditionem, aliud
vero sonationem. Si igitur est mo-
tus et actio et passio in eo quod
agitur, necesse est sonum et au-
ditum qui est secundum actum
in eo qui est secundum potentiam esse.
Activi enim et motivi actus in pa-
tiente fit. Unde non necesse est
movens moveri. Sonativi
cuius igitur actus in patiente. sonus
autem sonatio est. auditivi autem
auditus aut auditio est. Du-
pliciter autem auditus et dupliciter so-
nativum sonus est. Eadem autem ra-
tio est et in aliis sensibus et sen-
sibilibus. Sicut enim actio et passio in
patiente et non in agente, sic et
actus est sensibilis et sensitivi in
est. In quibusdam autem nominatum
est ut sonatio et auditio. In quibusdam

dam autem non nominatum est utrumque.
visio enim dicitur visus actus, quod
autem est coloris non nominatum est;
et gustus gustativum actus est,
humoris autem non nominatum est.
Quoniam autem unus quidem est actus
sensibilis et sentientis, esse autem al-
terum est, necesse est simul cor-
rumpi et salvari sic dictum esse
auditum et sonum et humorem
et gustum et alia similiter. Dicta
autem secundum potentiam non necesse est.
Sed priores physiologi hoc non
bene dicebant, nihil opinan-
tes neque album neque nigrum sine
visu neque humorem sine gustu.
Sic quidem enim dicebant recte, sic
autem non recte. Dupliciter enim dicto et sen-
su et sensibili, hoc quidem secundum po-
tentiam, hoc vero secundum actum, de his qui-
dem accidit quod dictum est, in
aliis non accidit. Sed illi simpliciter
dicebant de dictis non simpliciter.
Si autem symphonia vox quaedam
est, vox autem et auditus est sicut
unum, et est sicut non unum idem,
ratio autem est symphonia,
necesse est et auditum rationem
quandam esse. Et propter hoc et
corrumpit unumquodque excel-
lens, et acutum et grave, audi-
tum, et in humoribus gustum,
et in coloribus visum forte vel
fulgidum et opacum, forte
odor et dulcis et amarus, quasi
ratio quaedam sit sensus. Unde et

ducta quidem sunt cum du-
cunt pura et non mixta proportionem in
sensum ad sensata, et cum in-
mixta sunt ad rationem, ut acutum
aut dulce aut salsum. Dul-
cia enim tunc. Omnino autem magis
mixtum symphonia est quam
acutum aut grave; tactu
autem est calefactibile et frigori-
dibile. Sensus autem est excellentia
aut tristatur aut corrumpitur.
Unusquisque igitur sensus subiecti sen-
sibilis est, qui est eo quod sen-
sitivum secundum quod sentiunt,
et discernit subiecti sensibilis dif-
ferentias, ut album quidem et nigrum vi-
sus, dulce et amarum gus-
tus. Similiter autem se habet et in alii-
s. Quoniam autem album et dulce et
unumquodque sensibilium ad
unumquodque discernimus, aliquo
et sentimus quia differunt. Necesse
igitur et sensu; sensibilia enim sunt.
Palam autem et quoniam caro non
est ultimum sensitivum, necesse
enim esset tangentem ipsum discernere
discernens. Neque itaque separatis
contingit discernere quod alterum
sit dulce ab albo, sed oportet uno qui-
dam utraque manifesta esse. Sic quidem
enim et si hoc quidem ego, illud
autem tu senties, manifestum utique erit
quoniam altera ab invicem sunt. Oportet
autem unum dicere quoniam alterum est dulce ab
albo. Dicit igitur idem. Quare sicut dicit
sic intelligit et sentit. Quod quidem

quod non possibile sit divisis iu-
dicare divisa manifestum est. Quod
autem in inseparato tempore, adhibit
est. sicut enim idem dicit quoniam al-
terum sit bonum aut malum,
sic et cum alterum dicit, cum alterum
et alterum est. non secundum acci-
dens et est tempus. Dico autem
ut nunc dico quoniam alterum est,
non tamen et nunc quoniam alterum sit;
sed dicit sic et nunc quoniam nunc
alterum est. simul igitur est. Quare indi-
visibile et in inseparabili tempore. Sed
At vero impossibile est simul contra-
riis motibus moveri idem secundum
quod indivisibile et in indivisi-
bili tempore. Si enim dulce sit sic mo-
vet sensum et intellectum, amarum
autem econtrario, et album
aliter. Et igitur quod et nu-
mero indivisibile et inseparabile
est, esse autem separatum est. Est enim quod
in quo sit divisibile divisa
sentit. est autem sic ut indivisibile.
esse enim est divisibile loco autem
et numero indivisibile. aut impossibi-
le est. potentia enim idem simul et in-
divisibile et indivisibile contraria
esse autem non idem. Sed in eo quod
agitur divisibile est et impossibile
simul idem album et nigrum
esse. Quare neque species pati ipsorum si est
sensus et intellectus. Sed sicut dicunt qui-
dam punctum inquantum unum
et duo, sic et in

divisibile est secundum idem quod
indivisibile discernens unum
est et simul, secundum vero quod
divisibile non unum est. bis
enim eodem utitur signo si-
mul. Inquantum quidem duobus utitur
duo iudicat et separata sunt
ut in inseparato. Inquantum vero
unum est, uno utitur. De
principio quidem secundum quod
dicimus posse sentire animal de-
terminatum sit hoc modo.

Quoniam autem duabus differentiis
diffiniunt
animam maxime
motu
secundum lo-
cum et in eo quod est intelligere
et sapere et sentire. videtur autem et
intelligere et sapere tanquam
quoddam sentire esse. in utris-
que enim hiis anima iudicat et cognos-
cit aliquid eorum que sunt. et
antiqui sapere et sentire idem
firmabant sicut empedocles dixit. ad
presens enim voluntas au-
getur hominibus. et in aliis [illegible]
sapere semper [illegible]
aut idem huic vult quod
est homeri. taliter intellectus
est [illegible] qualem
in die ducit pater virorumque de-
orum. Omnes enim hii intelligere sicut sen-
tire corporeum opinantur esse et sen-
tire et sapere simile simili. sicut diximus

principiis omnibus

principia anime diffiniunt
Et tamen oportet simul hec et decep-
tionem ipsos. magis enim familiare an-
imalibus est et plurimum tempus in hac
perficit anima. unde necesse est sicut qui-
dam dicunt aut omnia que
videntur esse vera esse aut dissimilis
tactum deceptionem esse. hoc enim
contrarium est ei quod simile
simili cognoscere. Videtur autem
et deceptio et scientia contrariorum
eadem esse. Quod quidem igitur non
idem sit sapere et sentire manifestum
est. huius quidem enim omnibus
est quidem. illud vero in paucis ani-
malium est. Sed nec intelligere in quo est
recte et non recte. recte quidem
prudentia et scientia est et opinio vera. non
recte autem contraria horum
neque hoc autem est idem cum
ipso sentire. sensus enim qui quidem
propriorum semper verus est et in
omnibus inest animalibus. intelligere
autem contingit et false et nulli
est cui non inest et ratio. Imagi-
natio enim alterum est et a sensu et
ab intellectu. et hec non fit sine
sensu. et sine hac non est opinio.
Sed quod non sit eadem intelligentia
et opinio manifestum est. hec quidem ima-
ginatio hec passio in nobis est
cum volumus. pre oculis enim
facere est sicut qui in memora-
tivis ponunt et ydola facientes.
opinari autem non in nobis est.
sic. necesse est enim aut mentiri aut dic-

ere verum. Amplius autem cum opinemur diffici-
le aliquid aut terribile statim
compatimur. similiter autem et si
confidendum est. secundum imaginationem
fantasiam sic nos habemus
sicut si essemus considerantes in
pictura difficilia et confiden-
cia. Sunt autem et ipsius accep-
tionis differentie scientia et opinio et pru-
dentia. et contraria horum de quibus
differentia altera ratio est. De eo
autem quod est intelligere quoniam alterum
est ab eo quod est sentire. huius
autem aliud quidem fantasia esse
videtur. aliud autem opinio. est quidem
acceptio. determinantes de fantasia determinan-
dum sic et de altero dicendum. Si igitur fan-
tasia est secundum quod dicimus fan-
tasma aliquod nobis fieri et si
non aliquod secundum metaphoram
dicitur. una aliqua est potentiarum.
sicut autem est secundum quem dis-
cernimus aut verum est aut fal-
sum. tales autem sunt sensus opinio
intellectus scientia. quod quidem non
sit sensus igitur manifestum est ex his.
sensus quidem enim aut potentia aut
actus est ut visus visio. appa-
ret autem aliquid nullo horum
sensuum existente ut que in sompni-
is. Amplius sensus quidem semper
adest. fantasia non. si vero actu es-
set idem, contingerent omnibus utique con-
tinget bestiis fantasiam in-
esse. videtur autem non ut formice
aut api aut vermi. Postea

sensus hic quidem veri semper
fantasie autem fiunt plures false.
Amplius autem non dicimus cum operemur
certe circa sensibile quoniam hoc videtur
nobis homo, sed magis cum non
certe sentimus, tunc aut vera aut
falsa est, sicut quod recte aut
non recte imaginamur. Et
quod quidem prius diximus ap-
parent dormientibus visiones.
At vero neque semper sic dicenti-
um neque utique erit ut sensus aut
intellectus. Et neque fantasia vera
et falsa relinquitur quod utique
opinio sit. Fit enim opinio vera
et falsa. Sed opinionem quidem sequitur
fides. Non enim contingit opinan-
tem de quibus videtur non cre-
dere. Bestiarum autem nulli inest
fides, fantasia autem multis.
Amplius omnem quidem opinionem
consequitur fides, fidem autem
suasum esse, suasionem autem ra-
tio. Bestiarum autem quibusdam fan-
tasia inest, ratio vero non. Mani-
festum igitur est quoniam neque opinio cum
neque per sensum est, neque compli-
catio opinionis et sensus fantasia
erit, propter quod hoc et manifestum est
quoniam non alia quedam est opinio sed
illa cuius et sensus est. Dico
autem ex albi opinione et
sensu quodam et sentitur et
opinionis complexio fanta-
sia est. Non enim ex opinione quidem
albi, ex sensu quidem boni.

Apparet igitur quod opinari est
quod quidem sentire non secundum
accidens. Nunc autem et falsa fiunt
fantasmata, de quibus simul ac-
ceptionem veram habent, ut videtur
quidem sol unius pedis, sed
creditur esse maior habita-
tione. Accidit igitur aut abiecisse
suam ipsius veram opinionem quam
habebat, salvata re non latente
re neque decipiente, aut si adhuc
habet, necesse est ipsam veram
esse et falsam. Sed falsa et facta est
cum lateat de credentem rem.
Non igitur unum aliquod horum est
neque ex hiis fantasia. Sed quoniam
moto hoc moveri alterum
ab hoc, fantasia autem motus
quidam videtur et non sine sen-
su fieri, sed inesse que sentiunt
et quorum sensus est, est autem fieri
semper motum ab actu sensus
et hanc similem necesse est sensui
erit utique fantasia ipsa motus
neque sine motu contingent neque
non sentientibus esse. Sed multa est
secundum ipsam facere et pati habi-
tem, et esse veram et falsam. Hoc
autem propter hoc accidit: sensus quidem propri-
orum quidem verus est aut quod
paucissimum est hinc falsum. Secundo
autem est ut hec accidant. Et
hic iam contingit mentiri.
Quod quidem est album, sit non
mentitur; utrum autem
hoc album est aut aliud non

tur. Certum autem tertium
est et consequentium accidentia
quibus insunt propria. dico autem
ut motus et magnitudo que ac
cidunt sensibilibus. circa que iam
est decipi maxime secundum sensum.
Sensus qui ab actu fit differt
ab hiis sensibus qui est ab hiis
tribus sensibus. et primus quidem
presente sensu verus est. al
teri autem et presente et absente
erunt utique falsi. et maxime cum
procul sit quod sentitur. Si igitur nichil
aliud habet que dicta sunt quam
fantasia. hoc autem est quod in
dictum est. fantasia utique erit
motus a sensu secundum actum factus.
Quoniam autem visus maxime sensus
est et nomen ab ipso quidem quod
est lux accepit quod sine lu
mine non est videre. et propter hoc
quia permanent et similia sunt
sensibus multa propter ipsas operantur
animalia. alia quidem propter id quod non
habent intellectum ut bestie. alia vero
ex velamento intellectus aut
egritudine aut sompno ut
homines. De fantasia quidem quid
est et propter quid quidem dictum sit
tantum.

De parte autem anime secundum
quam cognoscit quidem
anima et sapit. sive separabilis
sive non separabilis secundum mag
nitudinem sed secundum rationem. Con
siderandum ad eandem est qua sit dif
ferentia et quomodo fore sit ipsum intelligere. Si
sentire aut pati aliquid sit
ab intelligibili. aut alterum aliquod
huiusmodi. Impassibilem ergo oportet esse.
susceptivum autem speciei. hoc est potentia
huiusmodi et non actu hoc. et non esse
sic se habere sicut sensitivum
ad sensibilia sic esse intellectum
ad intelligibilia. Necesse itaque est
cum omnia intelligit immixtum esse
sicut dixit Anaxagoras ut imperet. hoc est
autem ut cognoscat. desuper enim
apparere prohibet extraneum et obstruit.
Quare neque ipsius esse naturam ullam nisi
hanc aliquod possibile sit. vocatus itaque
anime intellectus. dico autem intellectum
quo opinatur et intelligit anima.
hoc nichil est actu eorum que sunt
ante intelligere. Unde neque misceri rationa
bile est ipsum corpori. qualis enim
aliquid fieret calidus aut fri
gidus. si organum aliquod sit
sicut sensitivo. nunc autem nullum
est. Et bene iam dicentes sunt
animam esse locum specierum. nisi quod
non tota sed intellectiva. neque ac
tu sed potentia est species. Quod autem non
similis sit impassibilitas sensitivi
et intellectivi manifestum est ex organis
et sensu. sensus enim non potest sen
tire ex valde sensibili. ut sen
sus ex magnis sonis. neque ex fortibus
coloribus et odoribus neque videre neque
odorare. Sed intellectus cum aliquid
intelligit valde intelligibile

non miscetur intellectus in organo. sed
et magis. sensitivum enim non sine
corpore est. hic autem separabilis.
Cum autem hec ita fiant sicut
sciens dicitur qui est secundum actum.
hoc autem accidit cum possit operari
per se ipsum. et est quidem et tunc
potentia quodammodo. non tamen similiter potentia est
ante addiscere aut invenire.
et ipse autem se ipsum autem potest
intelligere. Quoniam autem aliud est
magnitudo et magnitudinis
esse et aqua et aque esse et materie
multis. sed non in omnibus. in
quibusdam enim idem est ut car-
ni esse aut caro. aut ergo alio i-
taliter aut aliter se habenti discernit.
caro enim non sine materia est. sed sicut si-
mum hoc in hoc. sensitivo quidem
igitur calidum et frigidum iudicat quorum
ratio quedam est caro. Alio autem
aut separato aut sicut circum-
flexa se habet ad se ipsam cum fu-
erit extensa carnis esse discernit.
Iterum autem in hiis que in abstrac-
tione sunt sicut rectum sicut si-
mum est. cum continuo est.
quod quid erat esse si est
alterum est recti esse et rectum alio.
sit enim dualitas. alio igitur aut
aliter se habente iudicat. omnino igitur sicut
separabiles sunt res a materia
sic et que circa intellectum sunt. Du-
bitabit autem aliquis si intellectus
simplex est et impassibilis et
nulli nichil habet commune sicut dixit

Anaxagoras. quomodo intelliget si intellige-
re pati aliquid est. in quantum enim
aliquid commune utrisque est. hoc quidem
agere videtur. aliud vero pa-
ti. Amplius autem et si intelligibilis ali-
quis est. aut aliis inerit intellectus in-
erit. si non secundum aliud ipse in-
telligibilis est. unum autem aliquid
intelligibile est specie. aut permix-
tum aliquid habebit quod facit
intelligibile ipsum sicut alia. Aut
pati quidem secundum commune aliquid
est. ut dictum est prius quoniam potentia
quodammodo est intelligibilia
intellectus. sed actu nichil est antequam
causa intelligat. oportet autem sic esse
sicut in tabula in qua nichil est
actu scriptum. quod quidem
accidit intellectui. et ipse autem intelli-
gibilis est sicut intelligibilia. in hiis
enim que sunt sine materia
idem est intelligens et quod in-
telligitur. scientia enim speculativa
et quod sic speculabile idem
est. non autem semper intelligendi
causa consideranda est. in habentibus
autem materiam potentia unumquod-
que intelligibilium est. quare
illis quidem non inerit intellectus
sine materia enim potentia est intellec-
tuum. illi autem intelligibile inerit.
Quoniam autem sicut in omni natura est
aliquid quidem materia in unoquoque ge-
nere. hoc autem est omnia po-
tentia. alterum autem est causa et factivum
eo quod omnia facit ut ars ad

naturam sustinuit, necesse et in anima esse has differentias. Et est huiusmodi quidem intellectus in quo omnia fiunt, ille vero quo omnia est facere, sicut habitus quidam est ut lumen; quodam enim modo et lumen facit potentia colores actu colores. Et hic intellectus separatus et impassibilis et immixtus, substantia actu ens; semper enim honorabilius est agens patiente et principium materia. Idem autem est secundum actum scientia rei. Que vero est secundum potentiam tempore prior in uno est, omnino autem neque tempore est. Sed non aliquando quidem intelligit, aliquando vero non intelligit. Separatus autem solum est hoc quod vere est, et hoc solum immortale et perpetuum est. Non reminiscimur autem, quia hoc quidem impassibile est, passivus autem intellectus corruptibilis est, et sine hoc nichil intelligit. Indivisibilium quidem intelligentia in hiis est circa que non est falsum. In quibus autem et falsum et verum est, compositio quedam iam intellectuum sicut unum entium. Quemadmodum Empedocles dixit: ubi multorum quidem capita sine cervice germinaverunt, postea composita sunt concordia; sic et hec separata composita sunt, ut quod est simetron diametron. Si factorum et futurorum, tempus autem intelligens componit. Falsum enim in compositione semper est, et nunc si album non album composuit. Contingit autem et divisionem dicere omnia. Sed igitur est non solum falsum aut verum quod album Cleon est, sed quia erat et erit. Unum autem faciens hoc unumquodque est intellectus. Indivisibile autem cum dupliciter, aut potentia aut actu, est nichil prohibet intelligere indivisibile cum intelligit longitudinem; indivisibilis enim actu est, et in tempore indivisibili. Similiter autem et tempus divisibile et indivisibile longitudini. Non igitur est dicere in medio aliquid intelligere utrumque; non enim est, nisi dividatur, sed aut potentia. Seorsum autem utrumque intelligens dividit et tempus simul. Tunc autem est sicut in longitudine. Si vero sic ex utrisque et tempore est quod est in utrisque. Quod autem non est secundum quantitatem indivisibile est, sed specie, intelligit in indivisibili tempore et indivisibili anime. Secundum accidens autem, et non inquantum illa divisibilia sunt, quo intelligit et in quo tempore, sed inquantum indivisibilia sunt. Inest enim et in hiis aliquod indivisibile, sed fortassis non separabile, quod facit unum tempus et longitudinem. Et hoc similiter in omni est continuo et tempore et longitudine. Punctum autem omnis divisio est, et sic indivisibile monstratur sicut privatio.

sunt vero est intellectus. ut quod malum cognoscat aut nigrum contraria enim quodammodo cognoscit et potentia esse cognoscentem et esse in ipso. Si vero alicui non est contrarium causarum, ipsum seipsum cognoscit et actu est et separabile.

Amplius autem dico quod aliquid de aliquo sicut affirmatio vera aut falsa omnis est. intellectus vero non omnis. sed qui est ipsius quod quid est secundum quod aliquid erat esse verus est et non est aliquid de aliquo. sed sicut videre proprii verum. si autem homo album verum est aut non non semper verum est et sic se habent quecumque sine materia.

Idem autem est secundum actum scientia rei. quod vero secundum potentiam rei tempore prior est in uno. omnino autem neque tempore. sunt enim ex eo quod actu est omnia que fiunt. et

videtur autem sensibile quidem ex potentia sensitivum actu agens. non enim patitur neque alteratur actu alterius. unde alia hec est species motus est. motus enim imperfecti actus erat. simplex autem actus alter est qui perfecti. ipsum quidem sentire simile est dicere solum et intelligere. cum autem letum aut triste aut affirmat aut negat id est imitatur aut fugit. et est letari quidem aut tristari agere sensibili medietate aut bonum aut malum. et fuga appetitus idem secundum actum et non diversum est appetitivum aut fugitivum neque adinvicem neque a sensitivo. sed esse est aliud.

Sed intellectiue anime fantasmata ut sensibilia sunt. cum autem bonum aut malum est dicere aut negare aut fugit aut prosequitur. quod nequaquam sine fantasmate intelligit anima. sicut aer pupillam sic fecit. hoc autem alterum est et auditum sic. sed ultimum unum est et una medietas est. esse vero plura est.

Quo autem discernat quid differat dulce et calidum dictum est et prius. dicendum autem et nunc est enim quod unum aliquid est. sic autem est et

Quid enim differt opponere quo non similia genere iudicat aut contraria ut album nigrum sit igitur. a. sic dulce. c. album b. nigrum. d. igitur ad. b. sic illa adinvicem. quare et commutabitur. si igitur c. d. cum uni insint sic se habebunt sicut et a. b. idem quidem sunt et unum. esse autem non idem sunt. et illud sic est. eadem autem ratio est si a. quidem dulce sit. b. vero album.

Species quidem intellectiuum in fantasmatibus intelligit. et sicut in illis determinatum est sic intelligibile fugiendum et extra sensum existens cum in fantasmatibus sit. sicut movetur ut sentiens quod fugiendum

est quia ignis est communi cognos-
cit videns quod moto communi pugna-
sunt. aliquando autem quae sunt in
anima fantasmatibus aut intel-
lectibus tamquam videns ratioci-
natur et deliberat futura ad pre-
sentia. et cum dicerit ubi letum
aut triste, ab hinc fugit aut
imitatur. Et omnino in actione
et sine actione verum et falsum in eo-
dem genere est bono et malo,
sed in eo quod simpliciter est diffe-
runt et in quodam. Que autem in abstrac-
tione dicuntur intelligit sicut simum
secundum quod simum est non se-
parate, in quantum autem est
curvum, si aliquid intelligit ac-
tu, sine carne utique intelligeret in
qua est curvum. Sic mathematica
non separata tamquam separa-
ta sunt intelligit, cum intelligit
illud. omnino autem intellectus est secundum
actum res intelligens. Utrum
autem contingat separatum
aliquid intelligere ipsum existentem
non separatum a magnitudine
aut non, considerandum posterius
est. Nunc autem de anima dicta re-
capitulantes dicamus iterum quod
omnia ea quae sunt quodammodo est
anima. aut enim quae sunt sensibi-
lia aut quae intelligibilia sunt,
est et scientia quidem scibilia quod-
am, sensus autem sensibilia. qua-
liter autem sit hoc oportet querere. Se-
catur igitur scientia et sensus in res, que

quidem potentia est in ea que sunt
potentia, que vero actu in ea que sunt
actu. anime autem sensitivum et quod sci-
re potest haec sunt. hoc quidem
scibile, illud vero sensibile. Ne-
cesse est autem aut ipsa aut species esse.
quia ipsa non sunt: non enim lapis
in anima est, sed species. Quare anima sicut ma-
nus est. et enim manus est organum
organorum, et intellectus est species specierum,
sensus species est sensibilium. Quo-
niam autem neque res ulla est praeter mag-
nitudines, sicut videtur, sensibi-
lia separata, in speciebus sensibi-
libus intelligibilia sunt. et ea
continet in sensibilibus, sicut secundum
modum dicuntur et que abstrac-
tione dicuntur et quecumque sensibi-
lium habitus et passiones. et ob hoc
non sentiens nichil utique non
addiscet neque sciet. Sed cum spe-
culetur, necesse est simul fantas-
ma speculari. Fantasmata enim
sicut sensibilia sunt praeter quod
sunt sine materia. Est autem fan-
tasia altera a dictione et negatione.
complexio enim intellectuum est verum
aut falsum. Primi autem intellectus quid
differunt ab eo ut non fantas-
mata sint? aut neque talia fantas-
mata sunt, sed non sunt sine fan-
tasmatibus.

Quoniam autem secundum duas diffinita
est potentias que animalium
est et discretione quod intellectus opus
est et sensus, et etiam movente

secundum locum. de sensu quidem et in-
tellectu determinata hiis sint. De moto
vero autem quid forte sit anime
speculandum est, utrum una
quedam pars ipsius separabi-
lis sit magnitudine aut ratione
aut omnis anima. Et si quedam pars,
utrum propria quedam sit pre-
ter consuetas dici et dictas, aut
harum una aliqua sit. Habet autem
dubitationem mox quomodo oportet dicere
partes anime et quot. Modo enim quo-
dam infinite videntur, et non solum
quas dicentes determinant, ratio-
nativam et irascitivam et concupiscitivam, alii autem rationem habentem et irratio-
nabilem. Secundum enim has differentias
per quas has separant, et alie
videntur partes maiorem distan-
tiam habentes hiis de quibus et nunc
dictum est. Et vegetabilis que
et plantis inest et omnibus ani-
malibus, et sensibilis, quam neque ut ir-
rationabilem neque ut rationem habentem
ponet utique aliquis facile. Ad-
huc autem fantastica, que esse quidem
ab omnibus altera est, cui autem
horum eadem aut altera sit, habet multam dubitatio-
nem, si aliquis ponat separatas
partes anime. Adhuc autem ap-
petitiva est que et ratione et potentia videbitur
altera esse ab omnibus. Et inconveniens est utique
hanc sequestrare. In rationa-
tiva enim voluntas fit, et in irrationa-
bili desiderium. Si autem est tria
anima, in unaquaque erit appetitus.

Et de quo nunc non est principium quod et
movens secundum locum, secundum nutrimentum
et augmentum et decremen-
tum motum que omnibus in-
sunt. Quod omnibus inest movebit
utique movens generativum
et vegetabile. De respiratio-
ne autem et expiratione et som-
no et vigilancia posterius per-
scrutandum. Habet autem dubitatio-
nem multam. De motu et
secundum locum quid movens
animal sit secundum processivum motum
considerandum est. Quod quidem igitur
non vegetabilis potentia sit, semper enim
propter aliquid motus hic est, et aut
cum fantasia aut appetitu
est. Nichil enim non appetens aut
non fugiens movetur nisi vi-
olentia. Amplius et plante mo-
tive essent et haberent aliquam
partem organicam ad motum
hunc. Similiter autem neque quod sen-
tire potest. Multa enim sunt ani-
malium que sensum quidem habent
et manentia autem et immobilia
sunt per finem. Si igitur natura facit
frustra nichil neque deficit in ne-
cessariis nisi in non completis et im-
perfectis. Huiusmodi autem animalium perfecta sunt
et non imperfecta. Signum autem est
quod generativa sunt et habent
augmentum et decrementum,
quare utique haberent organicas par-
tes processionis. At vero neque ratio-
nativa et vocatus intellectus est

movens. speculativus enim intellectus nihil intelligit practicum, neque dicit de fugiendo et imitabili. Semper autem motus aut fugientis aliquid aut imitantis aliquid est. Sed non cum speculatur aliquid tale, iam praecipit fugere aut imitari, ut multotiens intelligit timendum aliquid aut letum, non iubet autem timere. Sed cor movetur, si vero letum, aliqua alia pars. Amplius et praecipiente intellectu et dicente intelligentia fugere aliquid aut imitari non movetur, sed secundum desiderium agit, ut incontinens. Et totaliter autem videmus quoniam habens medicinam non sanatur, tamquam alterius cuiusdam existente principio facere secundum scientiam, sed non scientiae. At vero neque appetitus iste principalis motus est. Abstinentes enim et concupiscentes et appetentes non operantur quorum habent appetitum, sed sequuntur intellectum. Videntur autem et duo hec moventia, si vero non est, tria erunt moventia, appetitus et intellectus et fantasia, si aliquis fantasiam ponat sicut intelligentiam quandam. Multa enim praeter scientiam sequuntur fantasias, et in aliis animalibus intelligentia non est, sed fantasia. Utraque ergo hec motiva secundum locum, intellectus et appetitus sunt. Intellectus autem qui propter aliquid ratiocinatur et practicus est. Differt autem a speculativo fine. Et appetitus propter aliquid omnis; non enim appetitus hic principium practici intellectus est; ultimum autem principium actionis est. Quare racionabiliter hec duo videntur moventia, appetitus et intelligentia practica. Appetibile enim movet, et propter hoc intelligentia movet, quia principium ipsius appetibile est. Et fantasia autem cum moveat, non movet sine appetitu. Unum ergo quoddam est movens quod est appetitivum. Si enim duo, sicut intellectus et appetitus moverent, secundum unam aliquam utique speciem moverentur. Nunc autem intellectus non videtur movere sine appetitu. Voluntas enim appetitus est. Cum autem secundum appetitum movetur, et secundum voluntatem movetur. Appetitus autem movet extra rationem; concupiscentia enim appetitus quidam est. Intellectus igitur omnis rectus est, appetitus autem et fantasia et recta et non recta sunt. Unde semper quidem movet appetibile, sed hoc est aut bonum aut quod videtur bonum, non autem omne, sed actuale bonum. Est autem actuale quod contingit aliter se habere. Quod quidem igitur huiusmodi potentia movet, anime que vocatur appetitus, manifestum est. Dividentibus autem partes anime, si secundum potentias consequenter dividant et seperent, valde multe fiunt, vegetativa, sensitiva, appetitivum

intellectum deliberativum, hic autem
appetitivum. hec autem primum
differunt adinvicem in omni
potentia autem deliberativum. Quo-
niam autem appetitus fiunt contrarii
adinvicem, hoc autem accidit cum ra-
tio et desiderium contraria
sunt; fiunt autem in habentibus sen-
sum temporis; intellectus quidem
propter futurum retrahere iubet,
desiderium autem propter ipsum iam;
videtur enim ipsum iam dulce et bo-
num simpliciter propter eo quod non
videre; specie quidem unum erit mo-
vens appetitivum secundum quod
appetitivum est. Primum autem
omnium appetibile est; hoc enim
movet cum non motum, eo quod in-
telligitur aut imaginatur;
numero autem plura sunt move-
ntia. Cum autem sint tria, unum quidem
quod movens, secundum autem quo
movet, tertium quod movetur; quod
movens autem duplex, aliud quidem
est immobile, aliud autem est mo-
vens et motum. est autem immo-
bile quidem activum bonum,
movens autem et motum appeti-
tivum est; movetur enim quod appetit
quod appetit, et appetitus
motus est quidam aut actus; quod autem
motum est, est animal; quo autem movet
organum appetitus, iam hoc
corporeum est. unde in communibus cor-
poris et anime operibus conside-
randum est de hiis. Nunc autem

tamquam in summa dicatur, mo-
vens organice, ubi princi-
pium et finis idem est, ut gin-
glismus est; ubi enim gibbum et conca-
vum est, hoc quidem finis, illud princi-
pium; unde hoc quidem quiescit, illud
autem movetur; ratione quidem ali-
a sunt, magnitudine vero
inseparabilia. omnia enim pulsu
et tractu moventur; unde oportet sicut in circulo
manere aliquid, et hinc
incipere motum. Omnino
quidem igitur, sicut dictum est, inquantum
appetitivum animal est, sic ipsius mo-
tivum est; motivum autem non sine
fantasia est. fantasia autem
omnis aut rationalis aut sensibilis
est. hac quidem igitur et alia anima-
lia participant. Considerandum
autem et de imperfectis, quid movens
est, quibus tactus solum inest
sensus, utrum contingat
fantasiam inesse aut non,
et desiderium. Videtur enim tristi-
tia et letitia inesse; si autem
hec est, desiderium necesse. fan-
tasia autem quomodo inerit? aut
sicut moventur indeterminate,
et hec insunt quidem, indeterminate autem
insunt. Sensibilis quidem igitur
fantasia, sicut diximus, est et in
irrationabilibus animalibus est; deli-
berativa autem in rationativis. U-
trum enim hoc aut hoc agere,
rationis iam opus est;
et necesse uno mensurare; ma-
ius enim imitatur; quare potest

in unum ex pluribus fantasmatibus facere. et causa hec est opinionem non videtur habere. quoniam eam que ex sillogismo non habent. hec autem illam. unde deliberativum non habent appetitum. vincit autem aliquando et movet deliberationem. aliquando autem hec illam sicut spera. appetitus autem appetitum cum incontinentia fit. natura autem semper que sursum principalior est et movet. quare tribus iam lationibus iam sic movetur.

Scientiale non movetur sed manet. quoniam autem alia quidem universalis opinio est et ratio alia particularis. hec quidem enim dicit quod oportet talem talia agere. illa autem quod hoc iam tale et ego autem talis. aut iam hec movet opinio non que universalis est aut ambe. sed hec quidem quiescens magis est. illa autem non.

Vegetabilem quidem igitur animam necesse omne habere quodcumque vivit et animam habet a generatione usque ad corruptionem. necesse enim est quod generatum augmentum habere et decrementum. hec autem sine alimento impossibile est. necesse est ergo vegetabilem potentiam in omnibus generatis et corruptibilibus. sensum autem non necesse in omnibus viventibus. neque enim quorum corpus simplex est contingit tactum habere. neque sine hoc esse possibile nullum animal. neque quecumque non susceptiva specierum sunt sine materia. animal autem necesse est sensum habere. si nichil frustra facit natura. propter aliquid enim omnia que sunt sic consistunt aut accidentia sunt eorum que sunt propter aliquid.

Si igitur progressivum non haberet sensum corrumperetur utique et ad finem non veniret quod est nature opus. quomodo enim alietur.

Mansivibus enim quidem hoc inest unde apta nata sunt esse. non potest autem corpus habere animam et intellectum discretivum. sensum autem non habere non mansivum existens generatum. at vero neque ingenitum. quare enim non habet aut enim anime dignius est aut corpori. nunc autem neutrum est. hoc quidem enim non magis intelliget. illud autem erit nichil magis propter illud. nullum igitur habet animam corpus non mansivum sine sensu.

At vero si sensum habet necesse est corpus esse aut simplex aut mixtum. impossibile autem est simplex. tactum enim non habebit. est autem necesse hunc esse. hoc autem ex hiis manifestum est.

Cum enim animal corpus animatum sit, corpus autem omne tangibile est. tangibile autem sensibile tactu. necesse est et animalis corpus tactivum si debeat salvari animal. alii enim sensus per altera sentiunt ut olfactus visus auditus. tangibile autem nisi habeat sensum

tactum non potest hoc fugere
alia vero accipere. Et ideo hoc est
impossibile est ad salvari. Ex quo
et gustus est sicut tactus quidam.
Alimenti enim gustus est.
Alimentum autem corpus tangi-
bile. Sonus autem et color et odor
non alunt neque faciunt augmentum
neque decrementum. Quare et gus-
tum necesse est tactum esse quen-
dam. Quia tangibilis et nutri-
tivi est sensus. Hi quidem
igitur necessarii sunt animali et manifestum est
quod impossibile est sine tactu
esse animal. Alii autem sunt propter bonum
et generi animalium iam non cuilibet
sed quibusdam, ut progressivo ne-
cesse esse. Si enim debet salvari non
solum oportet tangentem salvari sed et a longe.
Hoc autem erit si per medium sen-
sibile erit, illud quidem in eo quod
a sensibili patitur et movetur,
hoc autem ab illo. Sicut enim mo-
vens secundum locum usque quo mutare
facit, et depellens alterum fa-
cit ut depellat, et est per
medium motus, et primum quidem
movens depellit non
depellitur, ultimum autem solum
depellitur non depellens, me-
dium autem utrumque, multa vero
media sunt, sic et in alteratione.
Praeter quod aliquid manente
in eodem loco alterat, ut si in ceram
tinxerit aliquis usque ad hoc quod
movetur usque quo tinxerit. Lapis
autem nihil, sed aqua usque ad procul,
aer autem in plurimum movet et facit
et patitur si maneat unus
unum. Et de repercussione melius
quam visum repercussum aerem pa-
ti a figura et colore usque quo
quidem sit unus. In leni autem
unus. Unde iterum hic visum
movebat, sicut si in ceram signum
ingrederetur usque in finem. Quod autem
impossibile sit simplex esse animalis cor-
pus manifestum est, dico autem ut igne-
um aut aereum. Sine enim
tactu nullum contingit
aliud sensum habere. Corpus enim
omne tangibile animatum, ut dictum
est. Alia autem praeter
terram sensus fiunt. Omnia enim
per alterum sentire faciunt sensum
et per media. Tactus autem in
tangendo ipsa, ex quo et habet
hoc nomen. Et tamen alii sensus
tactu sentiunt, sed per alterum,
hic autem solus per se ipsum videtur.
Quare talium elementorum nullum erit cor-
pus animalis, neque in terrenum. Omnium
enim tactus quasi medietas tangibilium
corporum quae tangunt. Et medi-
etas est susceptiva sensus non
solum quaecumque terrae sunt differentiae, sed et
calidi et frigidi et aliorum omnium tangi-
bilium. Et propter hoc ossibus et ca-
pillis et huiusmodi partibus non senti-
mus quia terreae sunt. Et plantae
ob hoc nullum habent sensum
quia terreae sunt. Sine autem tactu

in unum simplex est animum esse. Nec
autem sensus non est in terrenis,
alium enim nullum. Manifestum
igitur necesse est solo hoc pri-
vato sensu tactu privari
animalia mori. Neque enim habere
possibile est non animal, neque cum sit
animal necesse est habere preter hunc.
Et propter hoc alia quidem sensi-
bilium excellentie non corrum-
punt animal, ut color et sonus et odor,
sed solum sensus, sed autem secundum
accidens, ut si simul cum sono
depulsio fiat et ictus, et a visi-
bilibus et odoribus alia moventur
que tactu corrumpunt. Et sa-
por autem in quantum simul quod
sit tactivum presentie sic cor-
rumpit. Sed eorum que tan-
gi possunt excellentia, ut cali-
dorum et frigidorum et durorum, interimit
animal. Omnis enim sensibilis superexcellentia
corrumpit sensitivum, quare et quod
tangi potest tactum; sic autem
determinatum est vivere. Sine tactu
non ostensum est enim impossibile esse
animal esse. Unde propter hunc tangi excel-
lentia corrumpit animal, sed non
solum sensum, et necesse solum
habere hunc. Alios autem et sicut di-
ctum est, non propter esse sed propter bene esse,
ut visum, quoniam in aere et aqua
est ut contingat videat, aut
quoniam in lucido est; gustum
propter dulce et amarum, ut sen-
tiat in alimento et desiderio

moveatur, auditum autem ut
significetur aliquid sibi ipsi, lin-
guam vero quatinus significet
aliquid alteri.

RELIQUORUM autem primum
considerandum de memoria et memo-
rari, quid sit et propter quam
causam sit, et cui anime particule ac-
cidat hec passio et de reminisc-
ci. Non enim eidem sunt memora-
tivi et reminiscibiles, sed ut in
pluribus sunt memorabiliores
qui sunt ingenio tardi, re-
miniscibiliores autem veloces
et bene docibiles. Primum quidem igitur
accipiendum est qualia sunt
memorabilia; multotiens enim
decipit hoc. Neque enim futurum
memorari contingit, sed est opi-
nabile et sperabile esse. Erit autem
et scientia quedam speculativa de futuro,
quemadmodum quidam divinativam
dicunt esse. Neque presentis est, sed sen-
sus: hoc enim neque futurum neque fac-
tum cognoscimus, sed tantum presens.
Memoria autem factorum, presen-
tium aliquid adest, ut hoc
album aliquis videt, nullus
memorari dicet, neque quod con-
siderat cum sit considerans
et intelligens, sed hoc quidem sentire

tem. Cum uero sine actibus, scientiam
et sensum habet, dicitur memora-
ri, ut quod trianguli duo-
bus rectis equales sunt, hoc
quidem quia didicit et speculatus
sunt, illud vero quod aliquando
audivit et vidit. Oportet enim semper
cum memoria agat sic in
anima dicere quia hoc prius audi-
vit et sensit aut intellexit.
Est quidem igitur memoria neque sen-
sus neque opinio, sed horum cuiusdam
habitus aut passio, cum fiet tempus;
ipsius autem nunc in ipso nunc non me-
moria non est, sicut dictum est, sed
presentis quidem sensus, futuri
vero spes est, facti autem memoria
est. Unde post tempus omnis me-
moria fit. Quare quecumque ani-
malium tempus sentiunt et in quo, hec
sola animalia memorantur et hi-
is quo sentiunt. Quoniam autem
de fantasia prius dictum est in hiis que
sunt de anima dictum est, et quod
intelligere non sit sine fantas-
mate, accidit enim eadem passio
intellectui que quidem est ipsi des-
cribere. Ibi enim nichil utentes
quantitate determinata secundum trian-
gulum, tamen facimus secundum quan-
titatem determinatum, et intelligens si-
militer etsi non quantum intel-
ligat, ponit tamen ante
oculos quantitatem, intelligit
autem secundum quod quantitas
est solummodo. Propter quam igitur causam

non contingit intelligere aliquid
sine continuo neque sine tempore
que non sunt in tempore, alia ratio est. Mag-
nitudinem autem et motum cog-
noscere necesse est quo et tempus.
Fantasma autem communis sen-
sus passio est. Quare hoc manifestum
est quod in primo sensitivo
horum cognitio fit. Memoria
autem et que est intelligibilium
non sine fantasmate est. Quare
intellectus quidem erit secundum ac-
cidens, per se autem primi sensitivi.
Unde et aliis quibusdam inest ani-
malibus et non solum hominibus et ha-
bentibus opinionem aut pruden-
tiam. Si autem intellectivarum par-
cium esset, non utique inesset mul-
tis aliorum animalium, forsitan
autem nulli mortalium. Quoniam
autem et nunc non omnibus inest memoria
eo quod non omnia tempus sen-
tiunt. Semper enim cum
agat memoria, dicit sic prius
dicit quod vidit hoc aut audi-
vit aut didicit aut sensit.
Prius autem et posterius in tempore.
Cuius quidem igitur que sunt anime
memoria sit, manifestum quoniam cu-
ius fantasia est, et memora-
bilia hec quidem per se sunt quorum
est fantasia, per accidens autem
quecumque non sine fantasia.
Dubitabit autem aliquis quomodo
passione presente in anima, presen-
tem re non absentem memo-

[illegible]

[illegible]

ratur que non presens est. Causa tamen est quoniam oportet intelligere factum per sensum in anima et in parte corporis sicut picturam quamdam cuius habitum dicimus esse memoriam. Factus enim motus imprimit sigillum ut figuram quamdam quemadmodum sigillantes annulis. Unde et in his quidem que in motu multo propter passionem sunt aut propter etatem non fit memoria tamquam in aquam fluentem incidente motu et sigillo. In aliis autem propter frigus sicut antiqua edificiorum sunt et propter duritiam recipientis passionem non fit figura. Ex quo valde nimis novi et senes immemores esse videntur. Fluunt enim hii quidem propter augmentum, illi vero propter decrementum. Similiter autem et nimium veloces et tardi neutri sic frequenter videntur memores esse. Hii quidem enim humidiores indigentia sunt, hii vero duriores. Aliis quidem non manet fantasma in anima, aliis vero non tangit. Si autem tale est accidens circa memoriam, utrum hec memoratur passio sit aut illud a quo factum est. Siquidem enim hoc, nichil utique omnino memorabitur. Si vero illud, quomodo sentientes sentientes cuius memorabimur quod non sentimus presens? Si vero est simile sicut figura aut pictura in nobis, eiusdem sensus quare erit memoria alterius sed non huius eiusdem? Agens enim memoriam speculatur hanc passionem et sentit. Quomodo igitur non presens memorabitur? Erit enim et videre et audire non presens. Aut est sic contingere et accidere hoc, ut in tabula scriptum animal et est et ymago eadem et unum hec utique sunt. Esse tamen non idem est utrorumque, et est considerare sicut animal et sicut ymaginem. Sic et in nobis oportet fantasma accipere et ipsum quod est quandam per se considerationem et alterius fantasma. Secundum quidem igitur se ipsum speculacio aut fantasma. In quantum autem alterius est ut ymaginem et memoriale. Quare et cum agit motus ipsius secundum quod per se est, si sic sentit anima ipsum et ut intelligibile quoddam aut fantasma videtur advenire egredi. Secundum autem quod alterius est tamquam ut ymaginem considerat et non est coriscum coriscum, sed tamquam corisci ymaginem. Immo alia passio huius speculacionis et alia cum ut picturam consideret. Hoc quod in anima fit sic est velut solum intelligibile, aliud vero sicut ibi secundum quod ymago memoria est. Et propter hoc aliquando nescimus facte nobis in anima tali motibus.

V

ei ab eo quod prius sensimus aut
quod sentimus accidere. et utrum
memoria aut non. Accidit autem et
cidit multis et reminiscentia quem
aliquid audivimus prius aut
vidimus. hoc est contingit cum spe
culamur tamquam de eo non ita est id
sicut et sic aliud esse. Fit autem ali
et antipheronti in actu in extasim
citi spectivo aliis autem dicen
tibus. que et in ipsis apparebant
dicebant si ut ipsa esse sicut me
mores ut in memorantes. Hoc
autem fit cum aliquis non imagi
nem tamquam imaginem consi
derat. Meditationes autem me
moriam salvant in reminis
scendo. hoc autem est nichil ali
ud quam speculari multo
tiens sicut imaginem et non sicut per
se. Quid quidem igitur est rememorari
dictum est cum fantasmatis est
sicut imaginis et cuius fantasma
habitus est. et cuius particule
que sunt in nobis quia primo
sensibili quo tempore sentimus.
De ipso autem reminisci reliquum
est. primum quidem quecumque in ar
gumentativis rationibus vera sunt
oportet ponere sicut sunt. non est memo
rie est receptio neque est re
miniscibilitas neque acceptio.
Cum enim aliquid primum didicerit aut
aliquid passus fuerit non recipit
memoriam nullam neque ac
cipit. nulla est cum ex principio ac

cipit. cum vero factum est habitu et
passio tunc est memoria. quare non
passione facta non fit. Adhuc
autem cum primo facta est in indi
viduo et ultima passio quidem est
tunc autem iam in patienti scien
tia; si oportet scientiam habitum aut
passionem; nichil autem prohibet et secundum
accidens memorari quedam que sci
mus. memorari autem quod
per se non est antequam fiat tempus. Me
moratur enim nunc quod vidit
aut vidit aut quod passus
nunc prius fuit non quod nunc passus
est nunc memoratur. Amplius
manifestum est quoniam memorari est
non nunc reminiscentem, sed ex
principio sentientem aut discentem
antecedens. cum recipiat quam prius
habuit scientiam aut sensum
cuius aliquando dicimus habitum esse me
moriam. hoc est et tunc reminis
ci eorum que dicta sunt aliquid. Sed
memorari accidit et memoria
sequitur. Neque hoc simpliciter.
Si autem iterum fiant que
sunt autem sic, sic autem non. Bis enim
discere et convenit invenire eun
dem idem. Oportet ergo differre remi
nisci ab his et esse pluri principio
prius quam ex quo addiscunt
ipsum reminisci. Contingunt autem
reminiscibiles quoniam aptus
natus est hic motus post hunc
fieri. Si quidem ex necessitate manifestum quoniam
cum illo motu hoc motu move

ceteri. Si vero non per necessitatem sed per consuetudinem, sic multotiens accidit in multo moveri. Accidit autem quedam semel consuevisse velocius quam alia multotiens mota. Unde quedam semel videntes magis memoramur quam alia multotiens. Cum igitur reminiscimur movemur quodam priorum motuum quousque moveatur post quem ille consuevit. Unde et consequenter venamur intelligentes a nunc aut alio quodam, et a simili aut contrario aut propinquo. Propter hoc fit reminiscentia. Motus enim horum hic quidem idem, hic vero simul sunt, illorum autem partem habent, ut reliquum parvum quod motum est post illud. Querunt ergo sic, et non querentes autem sic reminiscuntur, cum post alterum motum ille fiat. Plurimum autem intereunt alii, qualia sunt quorum memorentur, si que sunt per se. Nichil enim est quidem motus fuit quodammodo. Ideo autem quod consequenter est ne pauciens ad id reminisceretur. Consuetudine enim sequuntur reminiscibilitates ad invicem. Si quando igitur post hanc et tunc reminisci volunt, hoc facientes querunt principium motus post quod ille erit. Unde velociter et maxime fiunt quibus a principio reminiscentes

Quedam igitur dicuntur falsa hoc modo et alia omnia que faciunt per imaginationem et non dictum est in aliquo sermone quod falsus et indicatus sunt idem inter nos accipit et falsidicum illud quod potest falsificare et eo intelligens apud quem fit electio et et accipit quod faciens malum sponte est melior. et hoc est falsum. et ipse accipit hoc ex sermone sequenti et est quod ille qui humiliatur sponte est melior quam ille qui humiliatur in.

Et dico hoc in similitudine. et si non ille cum humiliatur sponte est peior. sicut illa que dicuntur in moribus. et accidens dicitur illud quod est alicui et dicitur de eo vere sed non necessario neque in maiori parte. ut si aliquis foderet

fodiendum ad aliquam intentionem invenit thesaurum. non enim est necessarium hoc sive ex illo neque in maiori parte. et invenire thesaurum post fossionem fovee. Et similiter ut aliquis musicus non sit albus, et aliquod hoc accidit non est semper neque in maiori parte. ergo quia est aliquid et est alicui, et quedam sunt in loco et in aliquo tempore, secundum quod accidit, non secundum causam que est hoc primo modo, neque autem non est accidens primo modo. Et accidens non habet causam terminatam nisi casum, et hoc non est terminatum, ut dicitur quod accidit ire ad Egineas casu, scilicet ire non intendebatur, immo quia subito venit ventus fortis aut latrones occupaverunt eum vel itinerantes cum illo. et hoc est accidens et non est quod est secundum se, verum est ens, et est causa eundi eidem loco qui non intendebatur. Et est accidens alio modo, ut omnia que sunt in unaquaque re et non in substantia, ut anguli trianguli sunt recti. Ista autem possibile est ut sint sempiterna, accidentia autem nullum, et sermo de hoc tamen melius.

Manifestum quod principia et causas querimus entium, sed in quantum sunt entia simpliciter. et causa sanitatis et firmitatis et certificabiles habent principia et elementa et causas. Et universaliter omnis scientia cogitativa habet principia aut secundum subtiliorem perscrutationem aut secundum perscrutationem simpliciorem. quia inveniunt circa aliquod ens et aliquod genus, perscrutantur de illo et non perscrutantur de ente simpliciter neque secundum quod est ens, neque aliqua earum perscrutatur de eo secundum quod est omnino. Sed quedam secundum hanc intentionem affirmant quod est in essentia, quedam affirmant secundum positionem, et secundum hunc modum demonstrant et declarant quod sunt per se generibus sub quo continentur, aut necessario aut facilius. et ideo manifestum est quod ex talibus inquisitionibus substantia non sit demonstrativum et si non cuius est, sed aliquod signum alio quoquomodo. Et similiter non narratur omnino si genus eius inventum est aut non est, quia in eadem cognitione declaratur quid sit

quide sit utrum sit. ¶ Et quoniam scientia naturalis sit et aliquid genus entis continuet enim in qua est principium motus et quietis. nam est quod non est activa neque factiva. principium namque activorum est agente aut intellectus aut ars aut aliqua virtus. et principium actus est in actibus et voluntas. et actionum et voluntatum sunt idem. omnis ergo cogitatio agens et speculans sit aliquam considerationem. et ista speculatur de ente quod innatum est moveri. et de substantiam in maiori parte eius dicto non abstracta. ¶ Et oportet non ignorare illud quod significat aliquid aliud sit substantiam et dictionem in quali est. quia querere absque hoc est facere nichil. eorum autem que definiuntur et significantur quid quedam sunt sicut simus et quedam sicut profundum. ¶ Et differentia quia quedam accipiunt cum materia. profundum autem non. simus enim est profundum in naso. profundum autem est sine materia sensibili. ¶ Et omnia naturalia dicuntur modo simili illi quo dicitur simus verbi gratia ut nasus et oculus et manus et caro et os et totum animal et folia et radices et cortex planta. dictio enim non est in aliquo istorum sine motu. nam ergo quod in naturalibus rebus querendum est materia quod sit et definiatur et quod sit declaratum est. et ideo est naturalis scientia considerare de aliqua anima scilicet illa que non est sine materia. manifestum est ergo ex hoc quod scientia naturalis est aliqua scientiarum speculativarum. et mathematica est scientia speculativarum. sed nondum est manifestum si scientia rerum que non moventur est abstracta. ¶ Et si sit manifestum quod quedam mathematica non moventur et sunt abstracta. et si aliquid sit sempiternum non mobile et abstractum manifestum quod cognitio eius erit in aliqua scientia speculativa alia a naturali scientia. naturalis enim est rerum mobilium in mathematica. sed aliqua est autem omnes istas scientias naturalis est inseparabilium et non immobilium. et mathematicarum quedam sunt rerum immobilium sed non sunt abstracte sed quasi in materia. prima autem scientia est rerum immobilium separabilium. unde necesse est ut omnia sint causa et maxime ista. ista enim sunt cause rerum apparentium ex divinis. ¶ Quoniam ergo tres partes sunt



tres naturalis manifestum est et divinus. nullus enim ignorat quod divinum est quod est intelligentium. et scientia nobilior debet esse nobilis generis. Alie ergo speculative sunt valde bone. Ista autem est melior omnibus scientiis speculativis. ¶ Et dignum est querere utrum prima philosophia sit universalis aut circa genus aut unam naturam. non enim est una species in mathematicis, sed geometria et astrologia sunt alicuius nature. ¶ Et universalis est communis omnibus. Si igitur non fuerit substantia alia ab hiis consistentibus, scientia prima erit naturalis. Et si alia substantia immobilis fuerit, ista erit principium et scientia eius prima philosophia universalis est. ¶ Et ipsius considerationem de ente secundum quod est ens et quid sit ens. ¶ Et ens quod dicitur simpliciter dicitur multis modis quorum unum est dictum secundum accidens. Et aliud dicitur cum verum et non ens cum falsum et alius modus est iste secundum modum figurarum predicamentorum, v.g.: hoc et quale et quantum et ubi et quando et et preter omnia ista quod dicitur potentia et actu. ¶ Et cum ens dicitur multis modis, dicamus primo de illo quod dicitur per accidens. Dicamus ergo quod nulla scientia speculativa intendit tali modo. Et signum eius est quod nulla scientia perscrutatur de hoc nec activa nec artificialis. ¶ Edificator enim non facit omnia que accidunt cum artificio domus que sunt infinita. non enim facit ut domus ad invicem innoceant aut iuvent. Et ita est modus cum non sint facta a nobis. Et similiter geometra non considerat de rebus que accidunt figuris tali modo, sed si triangulus alius et triangulus habens duos rectos angulos alius. Et hec convenienter in dictione. Accidit ergo cum aliquis nominaverit, et ideo non male fecit plato quoniam quando ordinavit sophisticam sub eo quod non est. sermones enim sophistice sunt in maiori parte circa quod convenit accidenti, sicut illud quod dicitur quod est omnia aut non est. ¶ Musicus et grammaticus sunt idem et musica et musicus sunt idem et omne quod est non secundum quod dicitur de eo, sicut illo qui fuerit musicus et fuit grammaticus aut ille qui fuit grammaticus et fuit musicus. Et omnes sermones similes istis. accidit enim videtur prope illud quod non est quoquomodo. Et hoc manifestum

est quasi sermonibus exemplaribus. Res enim que sunt aliquo modo habent generationem et corruptionem, que autem sunt modo accidentali non habent hoc. Et tamen loquamur de accidente secundum quod possibile est de sua natura et qua de causa sit. Et videtur quod cum hoc declarabitur quare non habet scientiam ipsius. Cum in rebus sint quedam que semper sunt in eadem dispositione et sunt necessario, et non ut illa que dicuntur violentie, sed que dicimus de illis que impossibile est ut sint alio modo, et quedam non sunt necessaria nec semper, sed in maiori parte, et hoc est principium et causa essendi accidentis. Quod enim est non semper neque in maiori parte nominatur accidens, sicut pluvia apud ascensum canis; hoc enim accidit quando hiemalis fuerit, non in maiori parte. Et accidit ut homo sit albus, sed non semper neque in maiori parte. Et edificator et medicus curat non in eo quod edificator, sed per accidens. Et coquus potest facere ferculum utile, sed hoc non est secundum scientiam coquendi, et non dicitur quod accidat hoc secundum hanc dispositionem. Forte virtutes agentes erunt alie et iste non habent artificium, sed indeterminatam. Causa enim eorum que sunt aut erunt per accidens est per accidens. Et cum non omnia sunt necessario semper, sed plures in maiori parte, tunc necesse est quod illud quod est per accidens sit. Sicut albus est musicus, non est semper musicus neque in maiori parte. Et si est in aliquo tempore, erit per accidens. Et si non, omnia erunt necessaria. Et ut accidens dicetur aliam causam in maiori parte assimilatur alio modo. Et oportet quod inveniamus primo si necesse non sit aliquid in genere primum primum eorum. Et de istis perscrutabimur post. Manifestum est accidens non habet scientiam primam neutram. Quoniam omnis scientia permanens aut est illius quod est semper aut illius quod est in maiori parte. Quomodo enim poterit docere aliquid aut addisci? Non est ita. Nam quod determinatur oportet aut ut sit semper aut in maiori parte. Verbi gratia quod potus mellis confert febricitantibus in maiori parte. Et impossibile est ut aliud dicat in illo tempore ut non conferat medicine que est semper aut in maiori parte. Verbi gratia quod est accidens et illud est accidens et quod nullam habet scientiam permanentem. Nisi autem principia talis sunt generabilia et corruptibilia absque eo quod generentur

K

et corrumpentur. Manifestum est enim quod si
hoc non fuerit, tunc omnia erunt
necessaria, cum sint ita quod generan-
tur et corrumpuntur non habi-
ta aliqua causa nisi modo ac-
cidentali. Et enim necesse est si-
dubium utrum est aut non erit,
et utrum hoc si hoc fuerit, et si non,
non, et hoc si fuerit aliud, et idem
hic dispositio. Manifestum est quod
tempus diminuitur quod est finitum
et sic pervenitur ad illud quod
est nunc. Et ita sic dubium quod
si solum comedit aut infirmum
tunc aut violentia, et hoc est
accidentium fuit et sic pervenitur
ad illud quod est in eo
aut ad aliquid eorum quae fuerunt.
¶ Et talis conversio non erit
[illegible] et hoc si comedere causa
et hoc aut erit aut non. Ergo mo-
rietur necessario aut aliquando cor-
rumpetur. Et similiter etiam hic
autem sermo de eis est talis
et hoc est certam causam dico
autem quae iam fuerunt certitudine
a corporibus in eo erit. Ergo [illegible]
[illegible] omnia necessaria sic mors in
[illegible] iam precessit. Et ita
ad contraria sunt eadem causae
eiusdem, sed non sine infinita
te aut violentia nisi si fit.
¶ Manifestum est enim quod accipit ad ad
principium et hoc non accipit
ad aliud et hic accipit ad
illud quod comprehenditur

casu et non est ei motus. Dico
sed fortuna cum est causa erit ad
principium huius qualitatis
et causa huiusmodi qualitatem.
¶ Sed oportet nos perscrutari in qua
causa utrum sit pervenientis
ad materiam aut ad aliud
quod est aut ad aliud cuius
est motus. ¶ Dimittamus igitur
loqui de ente accidentali; non
sufficit quod determinatum
est de eis. Et loquamur de non en-
te quod non est aliud est verum
compositione et divisione. Et uni-
versaliter contradictionis. Verum
affirmatio secundum quod est unum
et secundum quod est compositum hic
negatio autem [illegible] et quod est
dubium est falsitatem. Et dico
nunc quae est contradictionis. Quo-
modo autem contingit intelligi simul et divisim
habet alium sermonem, et dico
simul et divisim ne aliquid sit
post aliud sed non sit idem
simul. Verum enim non sunt in re-
bus sicut bonum et malum, verum
sicut bonum et simul est in mente
sed sunt in cognitione. Et nulla
cognitio est de simplicibus. Ali-
ud de eo quod dicitur est. Omnia igitur
quae perscrutanda sunt de eo
quod est unum et de eo quod
non est dicenda sunt postea.
Cum in cognitione autem com-
positio aut divisio et non in rebus, quae
est aliud secundum hunc modum

ceteris que sunt inveni veri-
te est illud quod significat
aut quid aut quale aut quan-
tum aut copulatur cum il-
lo et cogitatio dividit illud.
Dimittamus igitur eius quod
est quasi accidens et quod est quasi
sim. set et unum non sic est dic-
tum et causa aliorum est igitur
modo et verum est ingrediens
diminuto genere entis et
non sunt extra que significant esse
entis et non diminutantur quia
declaremus album in uno
medio. Iam declaravimus
ubi diximus quod unumquod-
que dicitur multis modis
quod ens dicitur multis
modis. quoddam enim significat quid
album in animo

Ens dicitur
multis mo-
dis ut prius
diximus in ser-
mone in
quo distin-
ximus quot modis dicatur aliquid.
quoddam enim significat quid
est aliquid et quid est hoc,
et quoddam significat quid
est quale aut quantum
aut alia predicamentorum que predicantur de eis
non predicatione declarativa
te sumpta cum sermone secundum
hunc modum. Et cum ens
dicitur his modis manifestum est quod

primum entium est illud quod
significat quid, et hoc est illud
quod significat substantiam. Cum enim dici-
mus de aliqua substantia qualis
est dicimus aut bonum aut
malum, et non dicimus homo. Et cum
interrogatur quid est, non di-
cimus album aut calidum aut tricubitum, sed
hominem aut deum. Et alia dicuntur en-
tia quia sunt entis huius, quoniam quedam
est huius quantitas, quedam sunt quali-
tates et quedam passiones et quedam
aliud tale. Et forte quereret
aliquis utrum ambulare
et sanari et sedere quodlibet signi-
ficet ens aut non ens, et similiter
de aliis talibus. quoniam nullum
eorum est existens per se nec potest
separari a substantia. Sed si ambu-
lans fuerit de entibus et sedens
et sanans, ista sunt digniora
ut sint entia. Et videtur quod
causa in hoc est quia subiectum eorum est aliquid
terminatum, et hoc est decem
substantie que sunt unicuique
particularium, et hoc significat
categorie que sunt ta-
les. sedens enim et sanans non dicitur
sine hoc. manifestum est igitur quod hec
est causa cuiuslibet istorum
entium. et alia sunt per illud entia.
Ergo quod est ens principale
non aliud quod est aliquid
entis, sed ens quod est simpliciter
est substantia. et principale dicitur multis





modus. Et substantia prima omnium
rerum diffinitione cognitione
tempore. Nullum enim aliorum predi-
camentorum est separabile, et
solum est separabile. Et prima
secundum diffinitionem. Necesse est enim ut
diffinitio substantie accipiatur in dif-
finitione cuiuslibet rei. ¶ Et videmus
quod nos scimus unumquodque
magis quando scimus ipsum quid
sit. v.g. cum scimus hominem
aut ignem magis quam quando scimus
ipsum esse quale aut quantum
aut ubi. Et unumquodque isto-
rum non scitur nisi quando sci-
tur quid est aut quale aut
quantum. ¶ Et illud quod
semper fuit quesitum in pro-
longo et modo est quesitum et
quod faciet errorem in cogni-
tione eius, et hoc est quid est
substantia. quidam enim dixerunt ip-
sam esse unam et quidam
plures, et quidam finitas, qui-
dam infinitas. Et ideo nos primo
considerabimus de eo quod sic
magis et illud est primum et simpli-
citer dicere quid sit. et existimatur
quod esse substantie est manifestum
in corporibus. unde dicimus quod
animalia et vegetabilia sunt sub-
stantie et corpora naturalia, v.g.
ignis et aqua et terra et aer
et omnes partes istorum et que
sunt ex eis aut ex eius parti-
bus aut ex hiis omnibus, v.g. ce-

lum et partes eius, et corpora
celestia et luna et sol. ¶ Perscru-
tandum est utrum iste tantum
sint substantie aut sint alie
substantie quam iste, aut quedam
istarum et quedam aliarum, aut nul-
lum istorum sed alia. ¶ Quidam
autem existimaverunt quod ul-
tima corporis ut superficies
et linea et punctus et unum sunt
magis substantie quam solidum
et corpus, et etiam magis quam sen-
sibilia. Et quidam non opina-
tur quod tale sit aliquid. et qui-
dam dicebant plura entia
esse eterna ut plato qui dicebat
quod forme et mathematica sunt
due substantie, et quod tertia substantia
sunt corpora sensibilium.
¶ Speusippus autem dicebat plures
substantias esse et incepit ab uno et
posuit principia esse cuiuslibet
substantie, sicut principium et quod
numeri principium aliud et
magnitudinum aliud, et post
ea animam, et secundum hunc modum
multiplicantur substantie. ¶ Et
quidam dixerunt quod forme
et numeri habent eandem naturam
et quod alie res sequuntur
ea sicut linea et superficies quo-
usque perveniant ad substantiam ce-
li et ad sensibilia. ¶ Perscrutandum
igitur de istis et cum sermonibus
fuerunt dicti et qui extitit
que substantia est, et utrum aliqua

ante aliquibus visum sunt. sunt autem
non. Et iste due sunt. Et utrum
aliqua substantia sit separabilis
et quare, et quomodo aut nulla est preter
sensibilia. ¶ Et oportet autem
distinguere substantiam. Cum
substantia et dicatur multis mo-
dis, tamen dicitur in quatuor maxime.
Existimatur et quod est quidi-
tas, et universale est et genus existimatur
esse substantia cuiuslibet. Et quartum
istorum est primum subiectum. Et subiectum
est illud de quo dicitur aliud,
ipsum autem non dicitur de ali-
o. Et ideo perscrutandum est pri-
mum de hoc. Primum enim
subiectum existimatur esse substantia
magis quam aliud. ¶ Et dici-
tur tale quodammodo materia, et alio
in forma, et tertio modo illud
quod est ex eis. Et dico materiam
ut cuprum, formam ut fi-
guram statue, et quod est ex
eis statuam. Igitur forma est
ante materiam et magis ens,
et est et illud quod est compositum per
hunc sermonem. ¶ Dictum in-
guendo est quod in quid sit substantia
et quod est non illud quod est
de subiecto, sed illud est de quo
aliud. Et oportet non sic dici,
tio non tali tantum; non enim suf-
ficit, quoniam hoc non est manifestum,
et materia est substantia, quoniam si non
fuerit substantia, substantia non erit ad
nos; non substantia est ignorata a nobis.

quoniam cum alia fuerint ablata
nichil videtur permanere. Et a-
lia passiva corporum et actiones
et virtutes. Et longitudo et
latitudo et profundum sunt
quantitates et non substantie. Quan-
titas enim non est substantia, sed illud
cui sunt ista primo modo est
substantia. Sed cum longitudo et la-
titudo et profundum fuerint ab-
lata, nichil videtur perma-
nere preter illud, si fuerit aliquid
quod est prius divisum. Necesse
est igitur ut solam materiam vi-
deamus esse substantiam, illi cum per-
scrutantur hac perscrutatione.
¶ Et dico materiam illud quod
per se non dicitur neque quale ne-
que quantum nec aliud eorum per
que terminatur ens. Est enim aliquid
de quo dicitur unumquodque
istorum, et essentia istius est a-
lia ab essentia cuiuslibet predicabilium.
Alia enim predicantur de substantia, et hec de
materia. ¶ Postremum igitur quod est
per se non est aliquid, quod di-
citur quale aut quantum aut ad
aliud, neque negationes ista nulla acci-
dentaliter. Ex istis igitur accidit ut
materiam substantiam; hoc est impossibile.
Existimatur enim quod separabilia
que significant certitudinem in-
dividui alicuius rei sunt substantie ma-
gis. Et ideo existimatur quod forma
et illud quod est ex utroque sunt
substantie magis quam materia.

Dimittamus nunc loqui de substantia que est ex ambobus, scilicet ex materia et exemplari, quia est ultima [illegible] et manifesta est et in quo quomodo [illegible] declaratum est et in est materia [illegible] et convenit ut est illud quod videtur esse sensibile. Querendum est de istis, et cum primo distinximus quot modis diffinitur substantia et invenimus istorum determinari ad unum eorum, et est quod significat essentiam rei, considerabimus primo de illa. Exercitium enim [illegible] operationum fit ferendo ad illa que sunt magis manifesta nobis. Et illud est doctrina in omnibus rebus ex quo sunt minus cognita nobis. Et sicut est in operationibus et operationes ut non sint nisi ad agendum ex illo quod est aliquid bonum et bonum in singulis rebus aliquid quod est bonum universale et bonum cuilibet, sic erit que sunt cognita plurimis rebus ad illa que sunt cognita per se et cognita cuilibet. Et que sunt cognita cuilibet in maiori parte sunt parve cognitionis et parve autem est mentis de cognitione entis. Sed tamen necesse est ut sciamus ex istis que sunt male cognitionis scilicet secundum cognitionem in particularem illa que cognoscuntur nunc universaliter transferendo

ut dictum est de istis eisdem. Et dicamus primo [illegible] inquisibilia [illegible] sermonum scilicet logicos quod est illud quod significat essentiam rei. Et est illud quod dicitur per se. Aliquid enim esse tuum non est esse tuum musicum. Musicum enim non est secundum te per se. Nec hoc est totum nec illud quod est per se secundum hunc modum ut albedo superficiei. Essentia enim superficiei non est essentia albedinis. Et non est illud quod est ex ambobus, scilicet superficiei albe. Et hoc propter additionem que est in eius diffinitione. Dictio igitur in qua [illegible] dicitur ipsum sed [illegible] erit quod est dictio rei propria essentiam in qua [illegible]. Igitur si essentia superficiei albe est essentia superficiei lenis, esse albedo et lenitas sunt idem et unum. Et compositum ex aliis predicamentis aliquid est subiectum cuilibet, v.g. quantitati, qualitati et motui [illegible] predicamentis. Ergo utrum sit dictio cuiuslibet istorum, quod significat essentiam vel ut homo albus. Sit igitur quod sit nomen vestis, significat dicatur quod est: dicetur ut vestis, scilicet non est ex eo quod est per se, nec hoc est aliquid dictum ex eo quod est per se, scilicet in duobus modis. Et aliquid dicitur ex

additione et quodcumque non est per
se, ut diffinitur diffinitione albi
sic qui diffiniunt essentiam al-
bi et dicunt diffinitionem hominis
albi. et quoddam per aliud diffinitur
uestis si significat hominem album et
ipsi diffiniunt uestem tan-
quam album sic et album est
album. Sed dictio eius non est dif-
finitio albi. et quod est uestis esse dis-
positionem que significat essentiam ei-
us quod est. ¶ Et dictio rei est
illud quod significat quid est es-
sentia rei. et enim aliud dicitur de
albo non est illud quod est illud
per se. sed album tamen non est
illud. hoc enim non est illud nisi
albeitas tantum. quia quod est per essen-
tiam est idem in omnibus
rebus. quare sermo est dictio
dictio non est eius quod est tamen
nomen et sermo significat idem
tunc non erunt omnes sermones erunt
dictiones. omnis enim sermo sit
dictio in nomine. quare Iliadum
albeitatem erit dictio. sed quoniam fu-
it animal primum et talia sunt
ostendit que dicuntur ut per illud ad
di illud. et illud quod est
dictionem essentiam non est illud
formarum et species. sed
illarum tantum existimat et quod non
dicitur in omni passione nisi sit
actus. ¶ Erit ergo sermo eius
sed compositionem quam significat quod
sunt autem nomine significat quod

significat quod hoc est huius ali-
sermo significat simpliciter sermo-
nem magis per se certitudinem. Dif-
finitionem autem non dicimus illud quod
est per essentiam. ¶ Dictio uero
multis modis dicitur quemad-
modum quidem et quoquomodo
significat substantiam et hoc et aliorum
unumquodque predicamentorum. significat
quantitatem et qualitatem
et talia alia quecumque inueniuntur
rogatur de substantia per quid. sub
de quantitate quantitas et
et qualitas sicut ista. quare dicitur
per quid. sed non sit modo simpli-
citer, sed ut quidam dixerunt modo
logico meo quod est non in
simplici. sed illud quod non est
esse et qualitas. ¶ Oportet igitur ut
latitudo sermonis inuenia-
tur sic secundum quod oportet
non sit in sermone magis
non sunt sermo que in omni-
bus manifestis. est illud quod
est in eo essentia tale et primum
et simpliciter substantie deinde ali-
orum sicut et non quod est per essen-
tiam in simplici. Oportet igitur ut
essentia non dicitur eodem in equi-
uocatione. sed secundum magis et
minus sicut illud quod non est non
ens de noto ignoto. Secundo
et nunc est qui non est in eodem
modo sed secundum similitudinem
sicut medicina que est etiam
etiam ita quod scilicet idem non

non ita quod non sit unum comm(u)ne
sed in equivoco sicut est quoniam coll(igitur)
medicinalibus et actio medici-
nalis non dicitur in uno neque equ-
ivoce sed respectu unius actionis
Igitur sunt dicta a nobis quomodo
in nomine. quoniam nunc non est
differentia in sermone et. Sed mani-
festum est quod diffinitio primo in-
et simpliciter et quod est per essentiam
est substantie, et est aliorum similiter
sed non est primo in (eis). non necesse
est si nos posuimus aliquid subiectum
esse ut sua diffinitio que significat id
ipsum sit sic signum sermonis sed
alicuius sermonis. Et illud quando
fuerit unum non ita quod sit con-
tinuum sicut dicitur [illegible] aut
omnia que copulantur per aliquod
ligamentum, sed cum fuerit unum
secundum modos secundum quos di-
citur unum. Et est quoddam
significat hanc substantiam et quoddam
quantitatem et quoddam qua-
litatem, et non sic aliis. Et habet ser-
monem et diffinitio in hoc alio modo et
substantie alio modo. Sed aliquis dicit
et quod sermo qui recipit dif-
finitionem ex additione non est diffinitio
erit in hoc error quoniam si non fu-
erit aliud ergo est diffinitio eorum que
non sunt simplicia sed congrega-
ta in summa. Unde ergo ut signi-
ficetur ita quod recipiant
additamentum, id est sicut nasus et
concavitas simitas, que dicitur

hoc in est in hoc et continuatur
non est passio nasi in accidenta-
li similiter sed per se, sed non sicut al-
ne et Ylos aut quoniam est talis
albus, cum accidit ei ut sit homo, sed
ut masculinum in animali et equa-
le in quantitate et omnia que dicun-
tur per se inesse. Et ista omnia
que sunt in eis aut diffinitio aut
nomen cuius est ista passio et non
potest significare sine illo ipsum
sicut album sine homine, sed femin-
inum sine animali non potest. ergo aut
non est [illegible] illud
quod est per essentiam et diffinitio
aut si fuerit erit alio modo ut dixi-
mus. Et in aliis rebus est
alia dubitatio: quoniam si idem est nasus
simus et nasus concavus, idem
erit simus et concavus. Et
si non, impossibile est ut dicatur
simus per se sine illo cuius est
per se passio. et si simus est na-
sus concavus aut impossibile est
ut dicatur nasus simus, aut
idem dicetur bis autem nasus
aut simus, et non talia non de-
bet esse quod est per essentiam
et [illegible] procedit in infinitum
succedunt id quod ipse est per
aliud. manifestum est ergo quod in
diffinitione est substantia tantum, et si est
aliorum predicamentorum necesse est ut
sit ex additione ut diffinitio qua-
litatis et imparis, quoniam diffinitio paris
et imparis non est sine numero, nec

alia que est feminine sive albi. Et sermo qui est ex additione ne qui accidit accidere in eis est ex duobus sicut est in albo. Et sic et dicendum non erit unum in congregatum in simul ut unum impar. Sed latet quod dictiones non dicuntur prius nisi iste habeant dictiones similiter aliquo modo sic dictum est.

Utrum igitur quod dictio est eius quod est per essentiam dicitur multis modis. Ergo quodcumque inveniuntur omnes habent dictionem. Sed illud quod est per essentiam in substantiis quocumque modo sint. Quod autem aliud dictio et sermo eius quod est per essentiam et illud quod est per essentiam autem est solum in substantiis aut magis primo et simpliciter est. Sed pertinet utrum quod est per essentiam et singulare sint idem aut quia per essentiam est substantia singulare et non est intelligendum quia substantia unaquaeque est et dico quod quod est per essentiam est essentia singularis. In eis autem que dicuntur per accidens videtur esse innatum esse aliud. Verbi gratia homo albus est aliud et quod est homini albo per essentiam est aliud. Cum necesse sint idem; tunc essentia hominis et homo albus erunt idem. Homo et homo albus ut dicunt sunt idem. Ergo et homo albus et homo et cetera non est necesse ut sint idem omnia que sunt per accidens. Quoniam non erunt extrema eadem. Sed fortassis est extrema re hoc accidere esse in essentia albi et musici. Sed hoc non videtur.

In his autem que dicuntur per se utrum est ut sint idem necesse. Sicut dicimus substantias que sunt prime et non sunt aliorum. Sed sic aliorum sunt quidem dicunt de formis quoniam si bonum est aliud quod est bonum et essentia boni et animal et essentia animalis et essentia entis et entis et alie substantie et nature et forme alie ab eis que dicuntur ille sunt priores sicut id per essentiam sit substantia. Et si sunt absolute ab invicem quedam non scientur per essentiam et quedam non erunt entia.

Et dicimus ea esse absoluta si bonum prius non sit essentia boni scire et cum scitur rei est hoc in illud quod dicitur hoc sit essentiam boni scire et cum scitur rei est hoc scilicet scire quid est per essentiam et sic in bono et de aliis similiter.

Si igitur bonum non sit essentiam boni: ergo eius non sit esse in unum unum et alia omnia autem habebunt quid est per essentiam aut non habebunt et eius non sit. Ergo in aliquo omnino et aliud quod non sit essentiam boni et bonum est. Ergo necesse est ut bonum et essentia boni sint idem et unum et essentia unius

idem. et omnia que non dicuntur de alio
sed sicut prima et per se.
quoniam inerit est sufficiencia
si sint forme et non sint, et dig
nium est et si sint forme et non
est manifestum et sunt mensura. Et
si forme sint sicut dicunt quidam
manifestum non erit subiectum, quo
niam necesse est ut ille sint non sint
de subiecto ut non sint modo com
municacionis. Et propter hunc ser
monem quodlibet est unum et
per essenciam idem et non in ac
cidente, et quod scire unumquodque
est istud. scilicet scire quid est per essen
ciam. probat ergo quod necesse est
ut ambo sint idem. que autem
dicuntur per accidens ut musicum
aut album, quia significat du
o, ideo non est verum dicere quod
sint idem per essenciam. Illud
enim cui accidit album et accidens
est. et ideo uno modo unum
et idem est per essenciam et alio
alio non est idem. Scilicet
quod sint passiones sunt idem
Et similiter est manifestum
quod quodlibet non in primis simile
est per essenciam aliud et
enim est aliud et quod est per
essenciam equi est aliud et
propter hoc in illis rebus non
sit quod est per essenciam sed
tamen ut ipsum sit. Et aliud est per
essenciam et ut sit et non
est unum tamen. Sed dictio eius

erit et idem sit est manifestum de
diffinicione. Essencia et unum et unum
non sunt idem in accidentibus
et si fuerint aliud procedetur in
infinitum. quoniam illud quod
per essenciam est unum et quod
dam erit unum. Ideo ergo ser
mo est de utroque. Manifestum est ergo
quod in primis rebus que dicuntur
per se essencia et res eadem
singularium et quodlibet sin
gulare sunt idem vel aliquod
unum. Et est manifestum quod
redarguendo sophistice dissol
vitur hac solucione et quod
socrates et socratem sunt idem
non recte est dissolucio neque est questio
quod requirit est autem
ab aliquo vel ex illo. Cuius
dissolucio est difficilis. Dictum
ergo quo modo est per essenciam
est singulare et quo non. Que
autem fiunt quedam fiunt
natura quedam artificio
et quedam ex illo quod fiunt
per se et omne quod generatur
est aliquid et ab aliquo et per
aliquid et dico aliquid quod
est predicabile aut hoc aut quantum
aut ubi aut quale. Et genera
tiones autem quedam sunt quorum
generacio est a natura, et quod
est illud ex quo est generacio quod
dicitur materia et quod idem est
illud per quod fit aliud illud
quod fit naturam, ut hoc aut

Domus autem aliquid tale de eam-
bus dicitur esse substantia, et omnia que
fiunt a natura aut artificio
huiusmodi sunt quorum ut contingit
posse esse et non esse, et unumquodque
quorum est materia, et quod sit
materiam est generatum. Sit
naturam, ut [illegible] est et id
per quod est natura est illud
quod dicitur per formam ali-
quid forme et est in materia.
Iste autem generatio magis que est
per naturam secundum hoc generantur
alie generationes dicuntur actiones
et omnes actiones aut sunt
a potentia aut arte aut cog-
nitione aut casu aut esse
album in greco. Et sanitas
non est dicta que in anima et ma-
teria [illegible] ex
sanitas secundum hunc modum
cum sit sanitas, nunc ergo
ab hoc sanatur ut sumit tam
naturam in distantia et sic hoc fu-
it esse calor et secundum hunc mo-
dum dicendum unum post aliud
donec perveniatur ad id quod
incipit ut post ipsum sit actio.
Deinde motus qui est ex hoc est
actio eius quod precedit ad sa-
nitatem. Ita quod accidit quod
quoniam sanitas sit ex sa-
nitate domus ex domo que
est non in illa que sit sine materia,
et medicine et ars edificato-
ria sunt forme sanitatis et for-
me domus. Et dico substantiam sine ma-
teria [illegible] et hoc est quod
est [illegible] et est [illegible] a
genere illud est quod est prin-
cipium motus. Sanitas ergo
est ab artificio est ab [illegible]
que est in anima et [illegible] est ex illo
quod est per se ante illud quod
est per se [illegible] est ex hoc
eorum principium actionis
agens ex artificio, ut operatur
medicinam, verum est ut
principium sit ex calefactione
et hoc erit per confricationem
calor. Et calor in corpore aut
est pars sanitatis aut aliquid
tale quod sequitur ipsum et
pars sanitatis accidit per
plura quorum unum est agens
et [illegible] secundum hunc modum est
pars sanitatis domus. Et dicitur
in sermone duobus modis [illegible]
[illegible] quod
[illegible] quod
[illegible] figura et hoc est [illegible]
modo ponit [illegible]
aut in suo sermone [illegible]
Illa autem que dicitur [illegible]
sicut illa que sunt ex principio
materie [illegible] dicitur cum
fiunt ad illud quod dicitur illa
ut secundum respectum ad [illegible]
[illegible] quod statua non dicitur
lapis sed lapidea [illegible] autem sa-
nus dicitur illud ex quo fit
et causa eius est quia fit ex privatione

que dicitur materia. Verumtamen
homo et infirmus erit et sanum.
Et magis dicitur ex privatione magis ut
sanum ex infirmo aut ex
homine. Et ideo non dicitur sanabi-
le infirmum, sed dicitur homo
et homo sanabilis. Illa autem
quorum privatio non est manifesta neque
sit nomen, ut in aliqua figura
ut cuprea aut domus in la-
teribus et lignis, estimatur quod
ex istis fit, sic dictum est illic
ex infirmo. Et ideo quemadmodum non
dicitur aliquid de nomine eius
ex quo est materia, et non dicitur
ydolum esse lignum, sed ligne-
um et cupreum et non cuprum,
et lapideum et non lapis, et domus
lateritia et non lateres. Cum igitur
sit ydolum fit ex ligno et do-
mus ex lateribus, si aliquis bene
consideraverit non dicet in
simpliciter ipsum esse, immo quod
necesse est ex aliquo debet esse ex ali-
quo quod transmutatur,
non ex aliquo quod remanet
in eadem dispositione. Et ideo dicitur
hoc modo. Et quia illud quod
fit per aliquid dico esse hoc, ex quo
est principium generationis, et ex
aliquo et fit hoc, et hoc non privatio
sed materia, et distinctum quo
dicitur hoc et quod ex hoc est,
aut spera aut circulus aut
aliquid quod comprehendit
ex aliis. Cum ergo facit eum cupri

non facit subiectum similiter neque
speram nisi per accidens. Spera
enea est spera et ideo facit
illam. Dico quod hoc facit
hoc ex universali subiecto, scilicet cuprum
rotundum, et speram in hoc
est aliquid sit ista forma in
alio. Cum si facit ex alio facit,
et hoc est subiectum sic factura
spere cupri, et hoc scilicet in hunc
modum. Cum ex hoc quod est
cuprum facit hoc quod est
spera, manifestum est igitur quod il-
lud facit et similiter, et sic procedit in
generationes in infinitum. Hoc manifestum.
Declaratum est igitur quod forma
et [illegible] que debet dici exemplar
quod est insensata non est,
et necesse generationem ipsius,
quod est per certitudinem. Hoc
est illud quod est in aliquo
aut per artificium aut per naturam
aut potentiam. Et ipse facit speram
cupream faciendo ex cupro ipse
et ipse ponit ipsam formam in
hoc, et hoc est spera cuprea. Si
autem est generatio essentie spere
in [illegible], tunc aliquid erit ex [illegible]
tio et erit necesse est ut sit divi-
sibile et quoddam erit hoc
et quoddam hoc. Dico quod quod-
dam erit forma, quoddam
materia. Et forma que est spe-
ra si fuerit per figuram que est
ex medio [illegible] est quoddam
[illegible] illud quod facit ex hoc

[illegible]

et quoddam hoc eadem

et quoddam hoc et quoddam totum generatum est, ut quia sphera cuprea, manifestum quia ex dictis quod aliud quod dicitur ut forma non generatur, congregatum vero per quod dicitur generatur, et quod in omni generatione est materia et forma que est quoddam et est hoc. Utrum autem querendum utrum aliqua sphera sit alia ab ista, aut aliqua domus alia a lateribus, et si in esse numquam esset generatio. Amplius esse sed in nunc modum hoc non esse generationem sed significat aliquid tale et non est aliquod determinatum, et facit et generat ex hoc tale, et genito iam est tale et iste totus Socrates est et Callias, sicut sphera cuprea est in uno, et hoc tale est sphera cuprea. Manifestum est ergo quod causa idearum sunt aliqui dicere quod forme sunt et se forme, et si essent aliqua alia a particularibus, nichil conferunt ergo ad generationem et substantias, nec sunt utique propter hoc per se. Quoniam in quibusdam etiam manifestum quod ipsum generans est simile generato, cum non sint idem aut idem numero sed unum specie, ut in naturalibus: homo enim hominem generat, si non sit aliquid extra naturam, ut equus generat mulum, et hoc est simile; nominatur enim propter illud quod est inter equum et asinum quasi sit proximum in genere. Manifestum est quod ambo sunt equales ut mulus. Manifestum est ergo quod non oportet ut aliqua forma sit quasi exemplar extrinsecum, et maxime inveniendum in istis maxime rebus, quoniam hec maxime sunt substantie, immo per se sufficit generare et ut sit causa forme in materia. Et generat formam que est in istis carnibus et in istis ossibus, et iste generat Socratem et Calliam, et est generans aliud per materiam, et est sicut idem secundum formam, cum forma non dividitur.

Sed forte queret aliquis quare quedam sunt ex artificio et ex casu, ut sanitas, et quedam non, ut domus. Et causa huius diversitatis est quoniam materia quorundam rerum est ea que est principium sue generationis in generatione alicuius ex artificio, in qua est aliqua particula, cum quedam est talis illius quod potest moveri ex se et quoddam non, et illud quoddam secundum quod est naturale est quoddam licet possit non secundum quod oportet. Multa enim sunt que possunt moveri secundum se, sed non secundum quod oportet, ut saltatio.

Omnia ergo quorum materia est talis, ut lapides, non possunt moveri

medio quod oportet inesse aliud
presens motum. Hoc non generat
igitur quod ita sine eo tamen ut
est artificium et generat quod-
dam mobilium quecumque existunt
materie non habentia artificium
in particulare. Manifestum est quod
ex dictis quod quodammodo omnia
fiunt sic ex conveniente nomi-
ne sicut illud quod est per naturam
aut ex parte eius quod est con-
veniens in nomine ut domus a
domo sicut per actionem. Nam
per artificium est forma aut ex
parte que habet partem suam
sive generatio per actionem agentis
est autem prima pars. Nam calor
per motum facit calorem in
corpore et hoc est sanitatis prin-
cipium aut pars. Sequitur
autem ipsum aliqua pars sanitatis
perfecte vel non est quod agit perfec-
tionem sanitatem per aliud quod sequitur
ipsum et accidit ei calor. Et sicut i-
dem est quod in sillogismis est prin-
cipium omnium substantia sicut et ge-
nerationes que sunt. Talis generatio
nec illa per suo continentur
natura sicut sensus et similiter
illa que sunt ex artificio quoniam
medio est forma ipsius et illud quod
est semen est conveniens in
nomine quodammodo. Non enim oportet quod
veniat omnia in illa eadem
dispositione in qua generatur homo
ex homine. Mulier enim ex viro non

mulus non est ex mulo nisi
sit quoddam. Omnia vero que
generantur ex se sive similiter
omnia quorum materia sit potens
ex se ut moveatur secundum mo-
tum quo movetur semen et omnia
quorum materia non potest hoc, ita
non nisi ex eis non existunt. Sed iste ser-
mo non significat substantiam tantum quod
forma non generatur, sed est
sermo communis omnibus primis re-
bus, verbi gratia quantitati et quali-
tati et aliis predicamentis. Ut sphera
cuprea sed non est species neque
primum, et si est ex cupro oportet quod
in eis sit semper precedens
forma et materia. Nisi quod est
per qualitatem et quantitatem
tem et alia predicamenta, quia
ita non est autem generari
hanc qualitatem nec quantitatem
sed generari qualitatem aut [illegible]
sed invenitur mutari quod sive
que sunt semper necessario aliam
[illegible] que est autem materi-
ut est [illegible] qualitatem
et autem qualitatem non est
necessario tamen. Et diffinitio est
sermo et omnis sermo habet par-
tem et quemadmodum est sermo ad
rem ita est pars sermonis ad
partem rei. Dubitatur quod utrum
debet sermo partium debeat col-
locari in sermone totius an
non. Invenimus quod quorundam
dam collocantur quedam non

in terminatione autem circuli non est ille qui est partium. in terminatione autem sillabe est sermo literarum. et si circulus dividitur in partes sicut aliqua in triangulis, a parte est sicut totum. et acutum est pars recti et origitur ex parte eius. quia acutum est ante rectum et origitur ante hominem. si existimatur quia est prior quia diffinitur per terminationem eius, [illegible] ex illis et quia sunt [illegible] ab illis sunt ante. Et dicamus quod pars dicitur multis modis quorum unus est ille cum numeratur per quantitatem. dimittamus hoc et perscrutemur ex quibus est substantia et sunt tanquam partes. Si igitur quedam est materia et quedam forma et quedam illud quod est ex illis. forme dicetur pars rei sicut illud quod dicitur materia et forme non dicitur. Si ergo ex quibus est dispositio sunt forme, ut caro que non est pars profunditatis est materia in qua est profunditas, et est simitatis et [illegible] est pars totius simi, et non est pars simitatis, quod dicitur quod forma. Forma quae dicitur de illo quocumque modo sit solum, materia autem non dicitur per se omnino. et in diffinitione circuli non dicitur diffinitio partium et in diffinitione sillabe sunt litere. litere enim sunt partes forme et non sunt materia. partes vero circuli sunt partes tanquam in materia super quam fit, et sunt propinquiores forme eius pro eo quod circulus est in materia. Forme est plerumque [illegible] omnes sunt autem in terminatione. [illegible] [illegible] et que sunt [illegible] ista igitur sunt partes sillabe que sunt sensibiles per accidens. Linea autem non corrumpitur quia semper dividitur per media, neque in ossa et nervos et carnem, et non ista sunt ex illis sicut in substantia modum tanquam in partes forme. sed quia ex materia totum sunt partes illius. forme autem et illius quod est diffinitio non sunt. in quibusdam vero non sunt in aliqua diffinitione partium que sunt tales, et in quibus diffinitio non oportet quod sit nisi illud quod sit congregatum materia. quedam sunt ex illis que sunt principia et in ea corrumpuntur et quedam non. Omnia igitur quorum materia et forme sunt congregate ut simum et circulus eneus corrumpuntur in illa, et materia est pars eorum. et omnia que non congregantur cum materia sed diffinitiones sunt forme sine materia, aut non corrumpuntur omnino aut sic non corrumpuntur.

quare in illis. illa vero que sunt
sine eis sunt principia et partes
eorum. forme vero non est. ideo par
tes nec principia eorum. et ideo corrum
pitur ydolum terrestre in terram
et spera incipiunt et callias in
carnem et ossa. et etiam circulus in par
tes. quoniam quidem congregatum cum
materia. et dicitur equivoce
circulus qui dicitur universaliter simpli
citer. et ille qui est particularis. pro
pter particularia non habent proprium no
men. Iam igitur diximus sermonem
veritatem. sed tamen dicamus ut
magis manifestum sit. sed prius reliquum
eadem sunt partes sermonis
et in que dividitur sermo. ista
vero sunt ante eum omnia aut que
dam. diffinitio autem recti non dividitur
in diffinitionem acuti. sed que est a
cuti in rectum. quia cum diffini
tur acutum utitur recto.
acutum enim minor recto. et e
tiam circulus et semicirculus similiter
habent. semicirculus enim
diffinitur per circulum. et di
gitus per totum. digitus enim
pars talis totius hominis.
Omnes igitur partes que sunt
tanquam materia et in quas divi
duntur sic illa que sunt minus
ulteriora. forme que sunt dif
finitiones et ille quia significat diffi
nitio aut omnia aut quedam et et an
te. anima. hec et est substantia animalis anima
tis substantiam que est tanquam
diffinitio et forma et quod est per
naturam talis. illius quare partium
si diffinimus unamquamque non diffinitur
sine opere quod est cum genere.
quare partes eius sunt ante aut
omnes aut quedam in compositione
preter eas congregati et similiter
in omnibus particularibus. cor
pus vero et hee partes est post
hanc substantiam et illa dividun
tur sicut illa que dividuntur
in materiam non in eo quod est
substantia. sed cum suum unumquodque et
forte non sed non possunt divi
di et non est aliud quod est a
lio modo melius dispositione di
gitus animalis equivoce ut
mortuus et ymaginem eius
que sunt priores veritate.
Et quando est divisio prius et
simul ut cor et cerebrum aut
aliud quod est ex eis. et non est
in hoc divisio. homo vero
et que sunt sic in particularibus
et non sunt universalia. sed aliquod
totale congregatum ex hac
dictione et materia. sed due partes
totius materie et forme et sili
militer rebus. Et forma et
hic partem dico forma illius
quod est per essentiam totum
congregatum est ex eis et ipse
sed partes diffinitionis sunt for
me. diffinitio vero est totius. tamen
vero circulus et circulus et esse
esse et anima sunt idem res autem

continua figurata vel figure. iste cir-
culus aut aliquid particularium
circulorum aut sensibilis aut in-
telligibilis. Et dico intelli-
gibilia ut mathematica et sensibilia
ut cuprea non sunt diffinitiones sed
cognoscuntur cum intelligentia
aut sensu. et cum recedunt ab
intellectu non manifestatur utrum
sunt aut non sunt. idem tamen di-
cognoscitur sermone universali.
materia vero per se non cognos-
citur. et quedam materia est sensi-
bilis et quedam intelligibilis
sensibilis ut cuprum et lignum
et omnia que moventur. intelli-
gibilis est illud quod est
in sensibilibus non secundum quod
sunt sensibilia ut mathematica.
Dictum est ergo quomodo est de toto et
parte ante et post. sed necesse est
ut responsio sit secundum interroga-
tionem quando aliquis quesierit
utrum rectus et circulus et
animal sunt ante aut post ea in
que dividuntur. quoniam non
est essentia recti simpliciter. nec
anima simpliciter est. est autem anima
animal nec unumquodque singulorum et
quod sit quando circulus est
circulus. et rectus et essentia recti
est rectus. et substantia que est rec-
ti. Quod autem dicitur post
et post non sic illa que sunt in
diffinitione et ante partes que
sunt in particularibus et non di-

simpliciter simul sunt aut non
sunt sic anima si fuerit etc. secundum
quod iste modus dicitur quiddam
esse. et quamvis non sit difficile est
Et rectum est ut aliquis que-
rat que sunt partes forme
et que non sunt partes eius sed
congregati. quoniam si hoc non fuerit
manifestum impossibile erit diffinire
quodcumque. diffinitio enim totius est
et forme. quoniam ergo est manifestum
et que cum fuerit non est res. hec
non est diffinitio que est rei materie.
Et omnia ergo que videntur esse per
formam medio ut circulus in lig-
no et cupro et lapide estimantur
esse cuprum et non est de causa cir-
culi. neque lapis quia separantur ab eis
omnia vero que non videntur separa-
ri nichil prohibet ut sint sicut ista
quemadmodum omnis circulus videretur
esse cuprum. quoniam si ita esset non
esset cuprum sine forma dico
sed difficile est ut hoc sit separa-
bile intellectu. ut forma hominis
semper videtur in carnibus et os-
sibus et partibus similibus istis. utrum
ergo ista sunt partes for-
me et diffinitionis aut non. sed sunt
materia. sed quia non separantur
manifestum est non possumus cognos-
cere. et cum hoc contingit etiam esse
possibile sed non manifestatur in mathe-
maticis. Et quidam dubitant
in circulo et triangulo. quoniam non
debet diffinire quod sunt linee

et communium. Et si dicere quis unum est
omnia sic dicitur caro hominis
forma eius et corpus et ligna et
cum sunt quasi in idea eorum. et
removit omnia ista unum et di-
cit quod diffinitio linee est diffini-
tio duorum. et quidam qui dicunt for-
mas dicunt quod est linea quod
est prima dimensio duorum. et qui-
dam quod est forma linee. et dicunt quod
quedam res sunt idem forma
et formatum ut duo et forma duorum
et hoc non est in linea. Et sequitur ac-
cidit ut una forma sit pluri-
um quorum forma videtur esse diversa.
Et hoc accidit pytagoricis et quod
possibile est ut aliud sit forma omnium
et sic aliud non sit forma. et
secundum hunc modum erunt omnia
unum. Diximus igitur quod in
diffinitionibus est dubitatio. et quia hoc
est quod non sunt eiusdem dispo-
sitionis ut est in totum. Et ideo
est igitur ut quoddam sit tale in si-
cut hoc in hoc. aut sic ens ut
sint ista que non sunt semper.
Et cum predicte quasi faciunt
assimilatur est dicere iunioribus non
est bonum procedit a veri-
tate et estimare quod contin-
git esse in hoc animal ut sit sine
animali sine corpore. et hoc non est
simile. Vivum enim est quid in al-
teratum sensibile et sensum et non est
sine motu et ideo non est sine par-
tibus et sunt quodammodo manus

et non est pars hominis omnino sed
cum potest complere actionem
Et cum fuit animatus est. et cum non
non est pars. In mathematicis vero
quare non sunt diffinitiones partium
diffinitionum ut semicirculorum quoniam
ista non sunt sensibilia. aut quia
est in hoc differentia. quia est in qui-
busdam rebus non sensibilibus.
Et omnium quod non est illud
quod est per essentiam circuli
vero tunc non erunt partes. parti-
cularium et erunt iste partes sicut
dictum est prius. Quedam enim ma-
teria sensibilis et alia intelligibilis.
Manifestum est igitur quod anima est pri-
ma substantia. corpus vero materia. Ho-
mo vero et aliud illud quod est ex
utroque sicut totale. Socrates vero et co-
riscus si fuerit et anima est duplex
quoddam et sic anima est et quoddam
sic totum aggregatum. et si fu-
erit simplex est ista anima et
aliud corpus. erit sic ut est in parti-
culari. et cum ponatur quod in
sermone sit quodammodo predi-
ctum. et diffinitio est in univer-
sali quam refert ipsam et hoc manifestum
est. quoniam non est una et hec
et propter aliae quae generantur
ex putrefactione. Substantiae autem
sunt tres. prima autem est mate-
ria et hoc secundum quod videtur
quia illud quod est secundum con-
tactum et cum alio non secundum
ordinem est materia et subiectum.
natura autem est hoc et est ter-
tium istorum quod est unum
quodque ut Socrates et Callias.
quoniam in quibusdam intentio h(aec)
vel non est nisi substantia composita
ut forma domus nisi ars esset
non esset generatio et corruptio istorum
nisi alio modo sunt entia et
non entia. domus enim sine materia
et sanitas et omne quod est per
artificium sed est praecipue in eo
quod est per naturam et ideo non
fecerunt male qui posuerunt
formas. quia ipsa fecerunt alia
non sicut omnia quae existunt

secundum naturam

secundum naturam. sed certum igitur
caro et capud omnia sunt
materia et hec substantia est illius
quod est magis vere et illud
postremum et illud innuibile
et cause moventes sunt ut
precedentes ente. hee autem que ut
ratio sunt simul. sicut homo
est sanus: tunc sanitas et homo sunt
simul. et figura spere cum
spera erea sunt simul.
Si autem aliquid remaneat in
postremo querendum est. ali
quibus enim nichil prohibet est in
possibile. ut exempli gratia si anima est talis non
omnis. ut exempli gratia non tota sed intel
lectus. totam enim forte impossibile
quare ergo est quod nullo in
digemus propter ipsum ut ydee
esse sint. homo enim generat hominem
quod est unum. unum homo est
ex hominibus. et similiter hoc in
artificiis. ars enim medicine
est ratio sanitatis. ¶ Cause et principia
a sunt rerum diversarum ut est
et sunt sic homo debet dicere universaliter
omnia eadem proportionabiliter.
Sed dubitare iterum utrum
elementa substantiarum et relationum et omnium
predicamentorum sint simpliciter eadem
sed est inconveniens si principia
sunt eadem. substantia autem
et relatio erunt ex eadem. ex hoc
quod hoc non erit eius. quoniam in
venitur extra substantiam et ista
alia aliquod ut et velum quod

illud quod est cum eis. et neque
substantia est cum rerum relativarum
neque ille et ille. ¶ Sed et quomodo
tunc est possibile ut omnium elementa sint
eadem. nullum enim elemen
possibile ut sit. et illud quod est com
positum ex eis unum. ut exempli gratia quod
a sunt b. quoddam in eorum
compositione intellectus ut de uno
aut de ente. hec enim duo erunt
tunc in omni compositione. et nullum
eorum est substantia aut relatio. sed necessarium
est. ergo omnia non sunt eadem.
¶ Sed sunt sicut diximus eadem
uno modo et non sunt alio mo
do ut elementa corporum quod est ca
lidum forte. alio autem modo
frigidum privatio. materia autem quod
est in potentia hec duo primo et per
se. substantia vero est ista et que sunt
ex istis quorum sunt hec princi
pia et si aliquid sit unum ex
calido et frigido. ut caro et os. quod
enim fit necesse est ut sit aliud ab
illis. istorum autem hec sunt prin
cipia et elementa. aliorum autem alia
ut autem dicatur in omnibus
non est ita. sed oportet equare com
parationem sicut si dicatur
quod principia sunt tria. scilicet
forma privatio et materia. sed quod
libet istorum est diversum in uno
quoque genere. ut in colore al
bum et nigrum superficies et
planicies. obscuritas lumen
aer. et ex istis dies et nox. ¶ Quoniam

cause non tamen sunt in eis que fiunt, sed et que sunt extrinsecus. Manifestum est quod principium et elementum sunt diversa. Quod autem non movet aliud sed est quid aliquod principium, et hoc secundum equivalentiam comparationum que est secundum convenientiam sunt tria. ¶ Cause et principia sunt quatuor, et aliud autem est causa prima et quod est movens aliud. Sanitas et infirmitas corporis movet medicina. Forma non ordinatur sic quod movet artem edificatoris. Moventium autem in rebus naturalibus ut homo hominem. ¶ Sed eis que sunt ex cogitatione forma est aut suum contrarium, quasi per modum aliquo modo sunt tres. Sic enim medicina est aliquo modo sanitas, et ars edificativa forma domus, et homo generat hominem. Et quod extra ista est illud quod est principium omnium. Et quia quedam res sunt abstracte et quedam non abstracte sunt substantie, hec inveniuntur. Ille cause preter ista subiecta non inveniuntur passiones et motus. Deinde post hec erunt anima et forte et corpus vel intellectus aut desiderium et corpore. ¶ Et etiam principia proportionaliter sunt eadem ut potentia et actus. Sed hec sunt rerum diversarum diversa et modus diversus. In quibusdam enim inveniuntur idem quandoque in actu, quandoque in potentia, ut vinum et caro et homo. Et cadunt etiam in causis predictis. Forma enim est in actu cum fuerit abstracta, et que ex utroque est, privatio vero obscuritas et infirmitas. In potentia autem materia, et hoc est que potest recipere utrumque. ¶ Et alio modo diversum in actu et potentia non est materia una et cuius forma non est eadem, sed diversa sicut sunt cause hominis, scilicet ignis et terra sicut materia et forma propria. ¶ Et aliud est extrinsecum ut pater, et extra ista sol et orbis declivis, que neque sunt sicut materia neque ut forma nec privatio nec equales in specie sed moventes. ¶ Et considerandum est quod quedam sunt que possumus dicere universaliter et quedam que possumus dicere particulariter. Et prima principia sunt naturaliter que est in actu, hoc est primum aliquod, et illa non sunt universalia. Quod enim est principium est individuum in individuis. Homo enim est homo universaliter, sed non invenitur aliquis universaliter, et hoc pater est ad hoc et huius autem

b. ad b. simpliciter. forme et privatio-
nes sunt alie aliorum. et sicut
dictum est ea que non sunt
in eodem genere ex coloribus
et contrariis et subiectis et quanta
de preter ea que conveniunt
et que sunt in eadem forma
et differentis secundum formam. sed
quodlibet singularium est ad
b materia et forma. et illud quod
motum causaliter non sicut idem
Quoniam autem quod unum quelibet
principia et elementa substantie et relationis
et quantitatis utrum sunt
eadem aut diversa. manifestum
est quod sunt alie dicuntur mul-
tis modis univoce. et cum divi-
duntur non sunt eadem sed di-
versa preter illud quod est in
omnibus. sicut non sunt eadem
secundum qualitatem compositum
forma movens. et sicut causa
substantia sic causa omnium que
auferuntur cum ista aufe-
runtur. et aliud principium
in perfectione. et sic causa pri-
ma omnium que sunt contra-
ria. cum ipsa non sit generis
dicitur sed multis modis et in
corporibus. que autem sunt principia
a sensibilium et quot et quomodo
sunt eadem et diversa dictum
est. Quoniam autem substantie sunt tres
quarum due sunt naturales
et una est immobilis. loquendum
est de illa et narrandum quod

necesse est eternam substantiam quandam
non immobilem esse. substantie enim pri-
dum omnium entium. si igitur vel
omnes fuerint corruptibiles omnia
entia erunt corruptibilia. Sed impossibile
est ut motus fiat aut cor-
rumpatur. semper enim fuit nec
tempus et similiter. impossibile est prius
et posterius esse si tempus non fuerit
motus igitur secundum hunc modum
continuus est sic tempus. aut enim
idem aut passio motus. Sed
motus non invenitur con-
tinuus nisi in loco et circularis est
circularis. Sed si fuerint similia
aut movens et faciens agens
non erit motio. possibile est enim quod
illud quod est in potentia non agat
tunc non indiget ponere
substantias eternas ut posuerunt
dicentes formas nisi fuerit in
eis principium per quod potest
transmutare. sed hoc non sufficit
nec aliud preter formam. Si enim non
fuerit si motus non fuerit. nec sicut
et cum erit fuerit potentia. non
erit motio eterna. cum quod
est in potentia possibile non sit non erit
necesse est igitur ut tale principium
sit cuius que est substantia actio. Et
ideo oportet ut iste substantie sint
extra materiam. cum necesse est
ut sint eterne si aliud fuerit
eternum. ideo est actio. Quia autem
hic sit quod est dubitatio
quod omne agens sit potentia

quia potest et non, omne quod
potest secundum potentiam agit. i.
usque potencia videtur prior.
Sed non quando dicitur nullum
encium erit ens. Tamen sicut p-
le ut sit et non sit eius quemadmodum
eorum loquentes individuum
generantes mundum ex noc-
te dicunt hoc. Et naturales di-
centes quod omnia fiunt
simul. Impossibile est ut sit
eadem omnibus. Et si non, quo-
modo movetur si non sint in ac-
tu causa. Materia vero subiecta
carpentarii impossibile est ut
moveatur per se sed carpen-
tarius. Vel sanguis men-
struus vel terra sed semina
et sperma. Et ideo quidam
ponunt separationem ut
Plato et Leu. Dicunt enim motum esse
aliquid. Sed tamen non dicunt neque
causam. Nichil enim movetur sed
oportet ut semper sit aliquid sic
vel sic aut naturaliter sicut
aut violenter aut ex alio
et post quod est primum. Multum
tamen differt. Et etiam impossibile
est Platoni dicere quod multotiens
estimabat quod prin-
cipium esset quod movet
se. Anima enim dixit in postremo
cum celo. Quod vero posuit po-
test actu in estimatione quo-
dammodo recta quodammodo non
recta dictum est quomodo. Quod

necesse actus est prior. Testatur
Anaxagoras. Intellectus enim est actus. Et
Empedocles qui ponit amicitiam
et litem. Et etiam ponentes motum
semper esse ut Leucippus. Quare non
nox semper fuit infinito tempore. Sed ea-
dem semper fuerunt aut secundum
reciprocationem aut alio
modo si actus prior est potentia. Si igitur
idem semper fuerit circulariter
oportet aliquid semper esse permanens
quod agit unam actionem
consimilem. Si igitur idem est
semper et regulariter necesse est ut
agat illud quidem per se et hoc
per aliud, et illud est primum
celum. Ergo est aliquid quod mo-
vet cum non movetur. Et quia
est motum et motor et illud
medium erit aliquid mo-
vens quod non movetur et
motor sic desideratum et in-
tellectum movent cum non
moventur. Et principia istorum
eadem sunt. Et desiderium
est sensibile quod distinguitur
et primum affectatum est
quod est sensibile et desideratum
magis quod est intelligibile primo
esse magis. Et non estimatur
quod desideratum. Principi-
um enim est imago. Principium
intellectus vero est ex intellecto. Et
intellecta sunt alia cognita
natura per se et singulari-
ter. Et primum est substantia prima

[illegible]

tex hoc simplex quod est a-
ctu. unum autem et simplex
non sunt idem. hoc quidem signi-
ficat mensuram. simplex autem
quo modo se habet illud quod
eligitur propter se et in ultimitate
electorum. et est ultimo nobile
cum primo adquiritur. Quod
quia autem in nobilibus inve-
nitur propter aliquid hoc demon-
strat divisio. propter quid invenitur
alicui et huius. et hoc est et hoc
eius. hoc autem non est. movet
ergo sicut amatum per motum,
autem movet alia. Si ergo aliquid
movetur possibile est ut sit diversa-
rum dispositionum. ergo si translatio
et prima actio qua movetur
fuit. possibile est ut sit locus sic
diverse dispositionis. et quod est
in ultima non est diversitas. Et
quia aliud quod movet ipsum
est immobile cum est in ac-
tu impossibile est omnino ut sit pra-
vam dispositionem. Et translatio
est prima transmutatio
motuum. et est eius est secundum cir-
culationem. et hoc est mo-
tor illius. de necessitate ergo inve-
nitur principium illud. et ex
necessitate sit principium.
necessarium autem dicitur secundum
hos modos. quoddam ergo est
violentum quia est extra na-
turam. et quoddam in impossibile
ut sit simpliciter alio modo

sit. Celum ergo et natura sunt
sic continua per principium
voluptas et est actio illius
et ideo vigilia et sensus et intel-
lectus sunt voluptuosa spes
autem et memoratio sunt
propter ista. intellectus autem quod est
per se est illius quod est no-
bilius per se. et quod est magis
est illius quod est magis
et intellectus se. est et intellectus per
adquisitionem intelligibilis. fit enim
intelligens quando intelligit.
intellectus ergo et intellectum idem
receptivum enim intelligibilis et
substantie est intellectus. et non est in
actu nisi cum sit. estimatur
ergo quod intellectus est aliquid di-
vinum magis quam hoc. i.
desideratum autem est aliquid
valde nobile et voluptuosum
Si ergo deus semper est sic nos
aliquando hora. hoc est mira-
bile. et si magis magis mirabi-
le est. et est quidem sic. et est quidem
vita et actio intellectus est vita
et illud est intellectus perfectus (?) et hec
vitam nobilem et sempiter-
nam. deus ergo est vivus sempi-
ternus nobilissimus. ergo est in
eo continuum et eternum. hoc
ergo est deus. Omnes autem qui
existimabant existimationem
pitagoricorum quod bonum
nobile non est in primo. quia
cause plantarum et animalium sunt

principia. et quod bonum et per-
fectum sunt in eis que sunt ex
istis non verum reputant. se-
mina enim sunt ex aliis preceden-
tibus perfectis. primum enim non est se-
men sed aliquid perfectum. v.
g. quod homo prius est ante sper-
ma. non illud quod fit ex eis
sed aliud ex quo fit semen. quod
autem aliqua substantia eterna non
mobilis abstracta a sensibili-
bus est manifestum. hoc modo quo
declaratum est. hanc non
habere magnitudinem. sed im-
partitam et indivisibilem. mo-
vet enim tempore infinito. nullum
autem finitum habet potentiam
infinitam. omnis enim magnitu-
do aut finita aut infinita. et non
erit in magnitudine neque
finita nec infinita. quia mag-
nitudo infinita nulla est. Et
est etiam quod nec patitur
nec transmutatur. omnes
enim motus post locales sunt.
hec igitur manifesta sunt esse talia.
utrum autem ponenda est una
talis natura aut plures et quot
sunt. et non debemus occulta-
re sermones aliorum. sed dicen-
da eorum. nichil enim manifeste dixe-
runt in multitudine. sententia
enim de exemplaribus non
habet aliquam perscrutationem
eorum dicentes exemplaria
dicta esse numeros. dicunt autem

tum dicit eos esse infinitos et quan-
tum ad decem. quare autem mul-
titudo numerorum sic. nichil dicitur
demonstrative. Hoc autem dica-
mus de subiectis dictis. prin-
cipium et primum entium
non movetur nec essentialiter
nec accidentaliter et movet [illegible]
[illegible] primum motum eternum unum
est. cum igitur motum necesse est ut
moveatur per aliquid. et primum
autem motor non movetur
per se. et motus eternus fit per
motorem eternum et unus per unum.
Et nos invenimus quod pre-
ter motum totius simplicem
quem dicimus moveri aliam
non mobilem. alios motus eter-
nos qui sunt erraticorum. corpus
enim circulare est eternum sine
quiete. hoc quidem declara-
tum est in naturalibus. ne-
cesse est igitur ut unusquisque istorum
motuum fiat per aliquod
quod non movetur per se per
substantiam eternam. natura enim
stellarum est eterna. et eternum
motor est eternus et ante mo-
tum. necesse est ut illud quod
est ante substantiam sit substan-
tiam. quod necesse est ut iste
sint eodem numero istorum et ad-
sint eterne naturaliter et immo-
biles per se. et quod sint sine
magnitudine propter causam predic-
tam. Illud autem sunt esse

earum hec est prima hec secunda
secundum motuum ordinem.
stellarum multum multitudo
vero motuum speculanda est a
ab propria mathematicorum. nam
videtur scientia de substantia sensibili
quidem eterna. illa autem scientia de nulla
omnino. quidem de numeris et de mensuris
esse. Quoniam autem motus errati-
corum plures sunt manifestum
est eis qui parum contingunt
innatum et stellarum errati-
carum videtur moveri plures
uno motu. Quot autem sunt
dicamus secundum quod dicunt
quidam mathematicorum ut aliquo
modo per imaginentur aliquam
per imaginationem terminatam. et quod re-
linquitur querendum est
ab eis. aut audiendum aliquam que-
rentibus de hoc si aliud apparu-
erit ab eo quod dicitur nunc in
quibus utrumque amandum sit
de duabus sectis. et credendum
sermonibus illius qui magis
perfecte perscrutatus est. Eudoxus
quidem ponit motum utriusque
solis et lune in tribus speris.
quarum prima est stellarum errati-
cum. secunda que in medio sig-
norum. tertia autem que declinat
in latitudinem signorum. et il-
la in qua luna magis de-
clinat in latitudinem quam il-
la in qua currit sol. stellarum
autem erraticarum in unaquaque in
iiij. speris. et earum prima et secunda
sunt illa eadem. illa autem que
non erraticarum. et deferunt omnes
per motum suum. et illa que
est ordinata sub ipsa cuius
motus est in medio signorum
communis est omnibus. tertia autem
cuius est omnibus medium
poli eius sunt in illa que est
medii signorum spere. motus
autem quartum movetur ad
medium illorum. et poli tertie
spere et aliarum stellarum esse alii
veneris autem et mercurii una.
Calippus autem imponit conve-
nit cum eodoxo in multitu-
dine autem. in iove autem et marte
convenit. in sole autem et luna
videtur ponere duas speras
additas. si aliquis voluerit
dare apparentia erraticarum
autem unicuique unam nunc est
quia cum stella non movetur
plures corpus quidem nisi impedita si
omnes congregantur secundum
quod dant apparentiam in
unaquaque erraticarum. in-
sunt alie spere pauciores ex
quibus revolvuntur continue et
restituunt primam speram ad
suum situm semper eundem
que est stelle ordinate sub
ea. hec enim sola possunt esse
motus omnium erraticarum.
omnium. Spere que in motibus mo-
quedam sunt octo et viginti.

xxv. et minimi non ostendit gravitatio-
nem eius moveri quae movet
eum in eius sustinentes corpus tam
quae autem moventur in motu
generationis duorum priorum sunt
sex et iiii. posteriorum sunt quin-
decim. xvi. unius ergo omnium
quae moventur et quae mo-
vent istis motu generatio
sunt quadraginta et v. sic
numerus eorum quae dicuntur
nunc et soli omnes sphaerae erunt
quadraginta et vii. numerus
ergo omnium motuum incor-
ruptorum. Et iustum est reputare
quod principia immobilia
et sensibilia similiter. quod autem
est necessarium dimittendum est
fortioribus. sicut non est iustum
quod motus aliquis non est in
coniunctionibus motuum stellae.
et adhuc quod est iustum non
est quod omnis natura et
omnis substantia impassibilis non
existens et est per se invenire
dispositionem meliorem. non e-
rit alia natura aliqua in illa
sed necesse est quod numerus istius
sit iste. cum si fuerint alia
moventia erunt quae sunt
perfectio motus. sed impossibile est ut
alii motus sint a praedictis.
Et existimandum est hoc de
motu. cum si omnis motus est
propter motum. et omnis mo-
tus est propter aliquid motorum

nullus motus est per se dico
in his alium motum sed istorum
stellarum. quia si motus esset pro-
pter motum necesse est ut ipse sit
propter alium. et sic cum impossibi-
le sit ire in infinitum quod est impossibi-
le sit infinitum. et finis omnis mo-
tus corporis divini corporum
movetur in caelo. Quod autem
caelum est unum manifestum. si plures
caeli fuerint erunt sicut homines.
et erit principium uniuscuiusque
unius est unum specie sed
numero plura et aliud uno me-
dium sit materiam. definitio et
unius quae est eadem et plures
ut Sortes homo. sed primi autem
unum. Quod autem est quidditas
prima non sit materiam quia
est perfectio primi ergo motor qui
non movetur est unus ratione et nu-
mero ergo motus continuus qui
semper est sit unus tantum. ergo
unum est caelum tantum. Et tra-
dita sunt ab antiquis valde
de antiquitate quae sunt in poste-
rioribus sub fabulae cum istae
dii et quod deus continet
omnia naturalia. alia autem
similia sunt fabulae propter
legem. Aliud quod est in formis homi-
num. et sunt illi dii quod ista
similia animalibus et aliis talia
similia istis his convenientia
dictis. Si igitur est dividere quis
et accipit primum tantum opinatus est

quod simile sunt dii et secundum quod
consideratum tamen ocium sit unum
contiens in eo quod est possibile in
de artificio et philosophie et iterum corrumpun
tur et similiter eorum remanserunt usque
nunc reliquie. Sententia autem
patrum precedentium ordo est et quantum
declaratum est nobis certum.
Et etiam intellectus tamen et in eo sunt in
pluribus dubitationes. videtur enim ex
apparentibus ut sit valde di
vinum. quomodo autem est tale est
valde difficile. quoniam si nichil in
telligit quid est unde nobile
quod est ei non necesse nisi sit
dormienti. et si intelligit sit aliud
dominium cum hoc intelligere non
est substantia eius. secundum potentiam. Et eo
quod erit substantia nobilissima ergo
nobilitas non inest ei nisi per
intelligere. et etiam si substantia eius est in
tellectus est ergo sive ipsius aut al
terius. et si alterius quod est a
liud quod sit unum et non est aliud
aut utrum non est differentia omnino
intelligere bonum aut quod
cumque aut possibile est ut sit intel
lectus in diversis. manifestum est ergo
quod ipse intelligit valde divinum val
de divinum et nobilem val
de et non transmutatur. Transmu
tacio enim est ad malum. et quod
est tale est aliquis motus.
Secundo si non intelligit sed est po
tentia erit ut continuatio intel
ligendi iudicetur ei lassitudo

nem. et postea manifestum est quod
valde nobile erit aliud ab
intellectu et intellecto. intelligere enim
erit ei in eo quod sit intelligere vi
lius. et si ita sit oportet fugere ipsum
non videre. et ideo dictum est no
bilius et melius quam videre
nobilius et non intelligere. Ergo in
tellectus cum sit fortius et ipse i
tellectus intellectus. Sed ipse videtur
quod actus est scientia et sensus
et estimatio. et intelligere sui ipsius
accidentaliter. et si intelligere et passio
sunt aliud et aliud cum ergo erit
bonitas. quoniam essentia intelligen
di non est eadem et passionis sed in
quibusdam sciencia est scitum. quoniam
et in rebus intellectis sciencia est sine
materia. et quod est preceptum in
inventionibus et res est non in
tellectus. intellectum et non est aliud
ab intellectu. omne ergo quod non
habet materiam est idem. intellige
re et passio est idem. Remanet
quidem dubitatio similiter est com
positum. quoniam sic transmutaretur in par
tibus totius. aut non dicimus quod in
divisibile est ut intellectus humanus
et quod est compositum de boni
tate unde est secundum modum
finitum. Sed nobile melius
recte omne. et ideo in hac dis
positione intelligere est ipse in omni
seculo. et perscrutemur et quod
sit in natura totius bonum
et nobile utrum sit aliquid distinctum


K

parte autem ordinem aliud ut sic ut
in exercitu. Etenim sic est bonum
et in duce quod est sicut iste magis;
non enim iste propter ordinem est, sed iste propter
hunc. Omnia vero coordinata sunt aliqualiter
aliqualiter, sed non similiter: et natatilia
et volatilia et plante. Et
tamen non sunt ut tale disponere quod
non separantur ad unum ordo. In uno
ad omnia coordinata sunt. Et sicut
in domo liberis. Et quia ad li-
beris raro licet ad fa-
ciendum quod contingit, sed omnia aut
multum aut plures sunt ordina-
te. Servientes autem et bestie sunt
parum quod ad commune, mul-
tum vero quod contingit; talis enim quorum-
libet quorum est principium natura
ipsius est. Dico autem ut
dico est quod omnibus contingit ad
discernendum venire, et quod alia sunt
disposita communibus. Sicut omnia uno
modo. Oportet ut nos non ignoremus omnia im-
possibilia contingentia et inconvenientia
sunt dicentibus aliorum et quali-
ter dicentibus non dicentes dicunt
contrariis, deinde pauca dico.
Omnes autem faciunt omnia ex contrariis; sed non
recte faciunt neque in omnibus neque
sunt ex contrariis. Contraria autem non pati-
untur adinvicem, nos ex dic-
to solvimus. Sic eciam in sermone.
Necesse aliquod tercium esse et ipsi
sunt contrariorum. Et ideo
non potuit non equale contra-
rie et multi inherentibus. Hoc est

de malo alii ut alii modo. Una
enim materia uni ipsi contraria.
Contraria indeterminatum est. Adquies-
cunt omnibus; preter quia in
uno malum enim preter est ele-
mentorum. Alii autem non dicunt
malum et bonum esse principia,
et causas in maxime parte in
omnibus; bonum est principium
et secundum eos dicunt quod est sic
principium bonum, sed non di-
cit qualiter bonum est princi-
pium: aut sicut finis aut sicut movens
aut sicut forma. Et Empe-
docles inconvenienter: ponit enim bonum
amicitiam et hoc est principi-
um quod est sicut movens et est sicut
materia; quia est pars ad-
invicem esse alicui
in ut hic principium esse et ut
materie et ut movens. Sed tamen esse
non est idem. Secundum utrumque est
igitur amicitia et inconveniens est
finis qui corrumpitur odio nō
cum tamen sit ipsum malum. Nec
hunc naturam mali. Anaxagoras
autem dixit bonum esse prin-
cipium sicut movens: intellectus
enim movet, sed movet propter aliquid,
quare est alterum, sicut nos dicimus, non
est modo medicina autem
aliquid ipsi sanitati, et inconveniens
est non posse contrarium bono et in-
tellectui.

.4

.G.



OMNIS causa primaria plus est influens super causatum suum quam causa universalis secunda. Cum ergo removet causa universalis secunda virtutem suam a re, causa universalis prima non aufert virtutem suam ab ea. Quod est quia causa universalis prima agit in causatum causae secundae antequam agat in ipsum causa universalis secunda quae sequitur ipsam. Cum ergo agit causa secunda quae sequitur causatum, non excusatur ipsius actio a causa prima quae est supra eam. Et cum separatur causatum a causa secunda quae sequitur ipsum, non separatur ab eo causa prima quae est supra ipsum, quoniam est causa ei. Et nos quidem exemplificamus illud per esse et vivum et hominem. Quod est quia oportet ut sit res esse primum, deinde vivum, postea homo. Vivum ergo est causa hominis propinqua et esse causa eius longinqua. Esse ergo vehementius est causa hominis quam vivum, quoniam est causa vivi quod est causa hominis. Et similiter, quando ponis rationalitatem causam hominis, esse est vehementius causa hominis quam rationalitas, quoniam est causa causae eius. Et significatio eius quod diximus est quod, cum removes virtutem rationalem ab homine, non remanet homo, et remanet vivum, spirans, sensibile. Et cum removes ab eo vivum, non remanet vivum et remanet esse, quoniam esse non removetur ab eo sed removetur vivum, quoniam causa non removetur per remotionem causati sui. Remanet ergo homo esse. Cum ergo individuum non est homo, est animal; et si non est animal, est esse tantum. Iam ergo manifestum est et planum quod causa prima remota est vehementius causa rei quam causa propinqua. Et propter illud fit eius operatio vehementioris adhaerentiae cum re quam operatio causae propinquae. Et hoc quidem non fit secundum hoc nisi quia res non patitur in fine nisi a virtute altiori. ... Iam ergo manifestum est et planum quod causa remota prima est vehementius causa quam causa propinqua quae sequitur rem, et quod ipsa influit virtutem suam super eam et conservat eam et non separatur ab ea separatione causae propinquae, immo remanet in ea et adhaeret ei vehementi adhaerentia, secundum quod ostendimus et exposuimus.

OMNE esse aut est superius aeternitate, aut cum aeternitate, aut post aeternitatem et supra tempus. Esse vero quod est ante aeternitatem est causa prima, quoniam est causa ei. Esse vero quod est cum aeternitate est intelligentia, quoniam est esse secundum unam habitudinem, non patitur neque destruitur. Esse vero quod est post aeternitatem et supra tempus est anima, quoniam est in horizonte aeternitatis inferius et supra tempus. Et significatio eius quod est causa prima est ante aeternitatem

et dico quod aeternitas est esse

et non omne esse est aeternitas. Ergo esse est plus commune quam aeternitas. Et causa prima est super aeternitatem, quoniam aeternitas est causatum ipsius. Et intelligentia est opposita aeternitati, quoniam extenditur cum ea et non alteratur neque destruitur. Et anima annexa est cum aeternitate inferius, quoniam susceptibilior est impressionis quam intelligentia, et est supra tempus, quoniam est causa temporis.

OMNIS anima nobilis tres habet operationes. Nam ex operibus eius est operatio animalis, et operatio intellectibilis, et operatio divina. Operatio divina est quoniam ipsa praeparat naturam cum virtute quae est in ea a causa prima. Et eius operatio intellectibilis est quoniam ipsa scit res per virtutem intelligentiae quae est in ipsa. Et operatio animalis est quoniam ipsa movet corpus primum et omnia corpora naturalia, quoniam ipsa est causa motus corporum et causa operationis naturae. Et non efficit anima has operationes nisi quoniam ipsa est exemplum virtutis superioris. Quod est quia causa prima creavit esse animae mediante intelligentia. Et propter illud facta est anima efficiens operationem divinam. Postquam ergo creavit causa prima esse animae, posuit eam sicut stramentum intelligentiae, in quo efficiat operationes suas. Propter illud ergo anima intelligibilis efficit operationem intellectibilem. ... Iam ergo manifestum est quod anima habet tres operationes, quoniam ipsa habet virtutem triplicem, scilicet virtutem divinam et virtutem intelligentiae et virtutem essentiae suae, secundum quod ostendimus.

PRIMA rerum creatarum est esse, et non est ante ipsum creatum aliud. Quod est quia esse est supra sensum et supra animam et supra intelligentiam, et non est post causam primam latius neque prius causatum ipso. Propter illud ergo factum est superius rebus creatis omnibus et vehementius unitum. Et non est factum ita nisi propter propinquitatem suam esse puro et uni vero, in quo non est multitudo aliquorum modorum. Et esse creatum, quamvis sit unum, multiplicatur tamen, et ipsum quidem recipit multiplicitatem; quoniam ipsum non est multiplex nisi quia ipsum, quamvis sit simplex et non sit in creatis simplicius eo, tamen est compositum ex finito et infinito. Quod ergo ex eo sequitur causam primam est intelligentia completa et ultima in potentia et reliquis bonitatibus; et formae intelligibiles in ipso sunt latiores et vehementius universales. Et quod ex eo est inferius est intelligentia completa, verum non est in ultimo, et formae intelligibiles in ea non sunt latiores ... divisa secundum modum ...

ma.

[illegible]

[illegible]

Intelligentie superiores prime que sequuntur causam primam imprimunt formas secundas stantes que non destruuntur ita ut non sit necesse iterare eas iterum alia vice. Intelligentie autem secunde imprimunt formas declives separabiles sicut est anima. Ipsa vero est ex impressione intelligentie secunde que sequuntur [illegible]

[illegible]

Causa prima superior est narratione et non deficiunt lingue a narratione eius nisi propter narrationem esse ipsius quoniam ipsa est super omnem causam et non narratur nisi per causas secundas que illuminantur a lumine cause prime. Quod est quia causa prima non cessat a

[illegible]

Intelligentia est substantia que non dividitur. Quod est quia si non est cum magnitudine [illegible]

[illegible]

Omnis intelligentia scit quod est supra se et quod est sub se. Verumtamen scit quod

est sub se, quoniam est causa ei, et scit quod est supra se, quoniam acquirit ab eo bonitates. Et intelligentia quidem est substantia intellectualis. Ergo secundum modum substantie sue scit res quas acquirit desuper et res quibus est causa. Ergo ipsa discernit quod est super ipsam et quod est sub ea, et scit quod unumquodque quod est supra se est causa ei et quod est sub ea est causatum ab ea, et agnoscit causam suam et causatum suum per modum quo est causa ei, scilicet per modum substantie. Et similiter omnis sciens non scit rem meliorem et rem deteriorem et inferiorem nisi secundum modum sue substantie et sui esse, et non secundum modum secundum quem sunt res. Et si hoc est ita, tunc procul dubio bonitates que descendunt a causa prima super intelligentiam sunt in ea intelligibiles. Similiter res corporee sensibiles sunt in intelligentia intelligibiles. Quod est quia res que sunt in intelligentia non sunt impressiones ipse, immo sunt cause impressionum. Et significatio ipsius est quod intelligentia ipsa est causa rerum que sunt sub ipsa per hoc quod est intelligentia. Si ergo intelligentia est causa rerum per hoc quod ipsa est intelligentia, tunc procul dubio cause rerum in intelligentia intelligibiles sunt. Iam ergo manifestum est quod est supra intelligentiam et sub ea sunt per virtutem intelligentie, et res corporee in intelligentia sunt intelligibiles et res intelligibiles in intelligentia sunt intelligibiles, quoniam ipsa est causa esse earum. Et ipsa non comprehendit res nisi per modum substantie sue. Et quia ipsa est intelligentia, apprehendit res apprehensione intelligibili, sive intelligibiles sint res sive corporee.

Omnis intelligentie fixio et essentia est per bonitatem puram que est causa prima. Et virtus quidem intelligentie est vehementioris unitatis quam res que sunt post eam, quoniam ipse non acceperunt cognitionem eius. Et non sunt res nisi quia (?) causa est ei quod est sub ea. Et signum eius est illud quod nos rememoravimus: intelligentia est regens omnes res que sunt sub ea per virtutem divinam que est in ea, et per eam retinet res, quoniam per eam est causa rerum. Et ipsa retinet omnes res que sunt sub ea et comprehendit eas, quod est quia omne quod est primum rerum et causa eis, est retinens illas res et regens illas, et non evadit ab ipsis aliquid propter virtutem suam altam. Ergo intelligentia est princeps rerum que sunt sub ea et retinens eas et regens eas. Et ipsa custodit ab ipsis aliquid per virtutem suam et suspendens (?) virtute sua super eas, immo quoniam ipsa non est virtus substantialis, immo est virtus substantie rerum quoniam est causa eis. Et intelligentia quidem comprehendit generationem et naturam et orizontem nature, scilicet animam, quoniam ipsa est supra naturam, quod est quia natura continet generationem et anima continet naturam, et intelligentia continet animam. Ergo intelligentia quidem continet omnes res. Et non est facta intelligentia ita nisi propter causam que superexcedit omnibus rebus, quoniam est causa intelligentie et anime et nature et reliquarum rerum. Causa vero prima non est intelligentia neque anima neque natura, immo est supra intelligentiam et supra animam et supra omnem naturam, quoniam est creans omnes res. Verumtamen est creans intelligentiam absque medio, et est creans animam et naturam et reliquas res mediante intelligentia. Et scientia quidem divina non est sicut scientia intelligentie, in se nec alia (?) ... neque scientia anime, immo est supra scientiam intelligentie et scientiam anime, quoniam est creans scientias. Et virtus quidem divina est supra omnem virtutem intellectualem et animalem et naturalem, quoniam est causa omnis virtutis. Et intelligentia est habens yliatim, quoniam est esse et forma, et similiter anima est habens yliatim et natura est habens yliatim. Et causa quidem prima non est ei yliatim, quoniam ipsa est esse tantum. Quod si dixerit aliquis necesse est ut sit ei yliatim, dicemus quod yliatim suum est infinitum, et individuum suum est bonitas pura influens super intelligentiam omnes bonitates, et super reliquas res mediante intelligentia.

Omnis intelligentia plena est formis. Verumtamen ex intelligentiis sunt que continent formas minus universales, et ex eis sunt que continent formas plus universales. Quod est quia forme que sunt in intelligentiis inferioribus sunt modo inferiori et per modum particularitatis, sunt in intelligentiis primis per modum universalem. Et forme que sunt in intelligentiis primis sunt per modum universalem, et forme que sunt in intelligentiis secundis per modum particularem. Et in intelligentiis primis est virtus magna, quoniam sunt vehementioris unitatis quam intelligentie secunde inferiores. Et in intelligentiis secundis sunt virtutes debiles, quoniam sunt minoris unitatis et pluris multiplicationis. Quod est quia intelligentie que propinque sunt uni puro vero sunt minoris quantitatis et maioris virtutis. Et intelligentie que sunt longiores ab uno puro vero sunt plus quantitatis et debilioris virtutis. Et quia intelligentie propinque uni puro vero sunt minoris quantitatis, accidit inde ut forme que procedunt ex intelligentiis primis procedant processione universali unita. Et nos quidem abbreviamus et dicimus quod forme que adveniunt ex intelligentiis primis ad secundas sunt debilioris processionis et vehementioris separationis, quia propter hoc fit quod intelligentie secunde figunt visus suos super formam universalem que est in intelligentiis universis, et dividunt eam et separant eam, quoniam ipse non possunt recipere illas formas secundum veritatem earum et certitudinem earum nisi per modum secundum quem possunt recipere eas, scilicet per separationem et divisionem. Unaqueque enim res recipit quod est supra eam nisi per modum secundum quem potest recipere ipsum, non secundum modum secundum quem est res recepta.

Omnis intelligentia intelligit res sempiternas que non destruuntur neque cadunt sub tempore. Quod est quia si intelligentia est res semper que non movetur, tunc ipsa est causa rerum sempiternarum que non destruuntur neque permutantur, neque cadunt sub generatione et corruptione. Intelligentia quidem non est ita nisi quia intelligit rem per esse suum, et esse suum est sempiternum quod non corrumpitur. Cum ergo hoc ita sit, dicimus quod res destructibiles sunt corporee, scilicet res corporee temporales, non eterne in illa causa.

Primorum omnium quedam sunt in quibusdam per modum quo licet

ut sit unumquodque in alio. Quod est quia in esse sunt vita et intelligentia, et in vita sunt esse et intelligentia, et in intelligentia sunt esse et vita. Verumtamen esse et vita in intelligentia sunt duae intelligentiae, et esse et intelligentia in vita sunt duae vitae, et intelligentia et vita in esse sunt duo esse. Et illud quidem ideo est quia unumquodque primorum aut est causa aut causatum. Causatum ergo in causa est per modum causae, et causa in causato est per modum causati. Et nos quidem summatim dicimus quod res agens in rem quae est in re per modum causae non est in ea nisi per modum qui est causatum eius. Sicut sensus est in anima per modum animalem, et anima in intelligentia per modum intelligibilem, et intelligentia in esse per modum essentialem, et esse primum in intelligentia est per modum intelligibilem, et intelligentia in anima per modum animalem, et anima in sensu per modum sensibilem. Et redeamus et dicamus quod sensus in anima et anima in intelligentia et intelligentia in causa prima sunt per modos suos secundum quod ostendimus.

13 Omnis intelligentia intelligit essentiam suam. Quod est quia intelligens et intellectum sunt simul. Cum ergo intelligentia est intelligens et intellectum, tunc procul dubio videt essentiam suam. Et cum videt essentiam suam, scit quod intelligit essentiam suam. Et quando scit quia intelligit per intelligentiam essentiam suam, et quando scit essentiam suam, scit reliquas res quae sunt sub ea, quoniam sunt ex ea. Verumtamen sunt in ea per modum intelligibilem. Ergo intelligentia et res intellectae sunt unum. Quod est quia, si res intellectae ipsae sunt intelligentia, et intelligentia est unum, tunc procul dubio cum ipsa scit essentiam suam scit reliquas res, et quando scit reliquas res scit essentiam suam, quoniam scit res ex ipsa non sunt nisi quia ipsae sunt intellectae. Ergo intelligentia scit essentiam suam et res reliquas intelligit simul sicut diximus.

14 In omni anima res sensibiles sunt per hoc quod sunt exemplum ei, et res intelligibiles in ea sunt quia scit eas. Et non fit nisi quia ipsa est posita inter res intelligibiles quae non moventur et inter res sensibiles quae moventur. Et quia anima sic est, ideo influit rebus corporeis quasi ipsa est causa corporum. Et facta est causata intelligentiae quae est ante ipsam. Res ergo quae imprimuntur corporibus sunt in anima per intentionem exempli. Et quia res sensibiles exemplificantur, debuit exemplum esse. Res autem quae sunt in ipsa anima sunt in anima per modum acquisitum. Hoc modo cum sit ita, redeamus et dicamus quod res sensibiles omnes in anima sunt per modum causae, propterea quod anima est eis exemplaria. Et intelligo per animam virtutem agentem res sensibiles. Verumtamen virtus causae in anima non est materialis, sed virtus corporea in anima est spiritualis, et virtus habentis dimensiones est sine dimensione. Res autem intelligibiles in anima sunt per modum accidentalem, et quia res intelligibiles sunt in anima per modum quietis, et res intelligibiles quae non moventur sunt in anima per modum motus. Iam ergo ostensum est quod res intelligibiles et sensibiles sunt in anima; sed res sensibiles corporeae motae sunt in anima per modum animalem spiritualem unitum, et res intelligibiles unitae et quiescentes sunt in anima per modum qui innuit per motum.

14 Omnis sciens qui scit essentiam suam est rediens ad essentiam suam reditione completa. Quod est quia scientia non est nisi actio intelligibilis. Cum ergo scit sciens essentiam suam, tunc redit per operationem intelligibilem ad essentiam suam. Et hoc ideo est quia sciens et scitum sunt una res, quoniam scientia scientis essentiam suam est ex eo et ad eum; est ex eo quia est sciens, et ad eum quia est scitum. Quod est quia, quoniam scientia est scientia scientis, et sciens scit essentiam suam, est eius operatio rediens ad essentiam suam. Ergo substantia eius est rediens ad essentiam ipsius iterum. Et non significo per reditionem substantiae ad essentiam suam nisi quia est stans, fixa per se, non indigens in sua fixione et sua essentia re alia erigente ipsam, quoniam est substantia simplex sufficiens per se ipsam.

15 Omnes virtutes quibus non est finis pendentes sunt per infinitum primum quod est virtus virtutum. Non quia ipsae sint acquisitae, fixae in rebus entibus, sed quia sunt virtutes entibus rebus habentibus fixionem. Quod si aliquis dicat quod ens primum creatum, scilicet intelligentia, est virtus cui non est finis, dicemus quod non est ens creatum virtus, immo est ei virtus quaedam. Et virtus quidem eius non est infinita nisi inferius, non superius, quoniam ipsa non est virtus pura, quae non est nisi quia est infinita inferius et superius. Ens autem primum creatum, scilicet intelligentia, habet finem, et virtus eius est finita secundum quod assignavimus. Ens autem primum creans est infinitum primum purum. Quod est quia, si entibus fixis non est finis propter acquisitionem suam ab infinito primo, quod sit essentia infinita, verum primum est ipsum quod ponit virtutes quibus non est finis, non quia ipsum est virtus finita, sed ipsum est superius virtute. Ens primum creatum, scilicet intelligentia, non est finitum omnino sed quia est infinitum. Hoc dicimus quod est ipsum in quo est non finitum. Ens ergo primum est mensura causarum primarum intelligibilium et secundarum sensibilium, scilicet quia ipsum est quod creavit entitates eas et mensuravit eas mensura convenienti cum ente. Redeamus ergo et dicamus quod ipsum ens creans est supra infinitum. Ens autem secundum quod creatum est infinitum, et quod est infra eum creans primum, verum secundum creatum non est finitum, et reliquae bonitates simplices sicut vita et lumen et quae sunt eis similia sunt causae omnium bonitatum istarum

scilicet quod infinitum a causa prima et creatum primum est esse omnis vite et omnis et reliquae bonitates descendentes a causa prima super creatum primum inprimis et deinde descendunt super reliqua creata intelligibilia et corporea mediante intelligentia.

Omnis virtus unita plus est infinita quam virtus multiplicata.

Quod est quia infinitum quod est intelligentie est propinquius uni puro. Propter illud ergo fit quod in omni virtute propinqua uni vero plus est infinitas quam in virtute longinqua ab eo. Quod est quia virtus quando incipit multiplicari destruitur unitas eius, et cum destruitur eius unitas destruitur eius infinitas, et non destruitur infinitas eius nisi quia dividitur. Et illud quidem ergo est quoniam virtus divisa et quanto magis aggregatur et unitur magis infinitatur et vehementior fit et facit operationes mirabiles; et quanto magis partitur et dividitur tanto plus minoratur et debilitatur et facit operationes debiles. Iam ergo manifestum est et planum quod virtus quando magis appropinquatur uni puro et vero fit vehementior eius unitas, et quanto magis fit vehementior eius unitas est infinitas eo magis apparens et manifestior et sunt operationes magne mirabiles nobiles.

Res omnes sunt entia propter ens primum, et res vive omnes sunt mote per se propter vitam primam, et res intelligibiles omnes habent scientiam propter intelligentiam primam.

Quod est quia sicut omnis causa dat causato suo aliquid ex se, procul dubio causa prima dat causatis in omnibus esse, et similiter intelligentia dat causatis suis intelligere et manifestum est illud quod vita primo et ens ipsum dant eis scientiam suam. Quod est quia omnis scientia sua non est nisi in intelligentia et intelligentia est prima scientia quod est et est influens scientiam super reliqua causata. Redeamus ergo et dicamus quod causa prima est quieta et est causa causarum et si ipsa dat omnibus rebus ens, tunc ipsa dat ipsum per modum creationis. Vita autem prima dat eis que sunt sub ea vitam non per modum creationis, immo per modum forme. Et similiter intelligentia non dat eis que sunt sub ea scientiam et reliquas res nisi per modum forme.

Ex intelligentiis est que est intelligentia divina que recipit ex bonitatibus divinis, quia est receptio prima multa.

Et de eis est que est intelligentia tantum, que non recipit ex bonitatibus primis nisi mediante intelligentia. Et ex animabus est que est anima intelligibilis, quia est pendens per intelligentiam. Et ex eis est que est anima tantum. Et ex corporibus naturalibus est quod habet animam regentem ipsum et habentem directionem super ipsum. Et de eis sunt que sunt corpora naturalia tantum, non habentia animam. Et hoc non fit ita nisi quia ex ipso primo non intelligibilia omnia in aliquo sunt in corporibus, et non pendet per causam que est supra causam nisi que ex eis est completa integra. Et que pendet per causam suam est supra causam. Ergo omnis intelligentia pendet per causam suam et per bonitatem. Nam que ex eis est intelligentia completa integra, ipsa recipit bonitates ex causa prima descendentes propter vehementiam sue unitatis. Et similiter non omnis anima pendet per intelligentiam, nisi que ex eis est completa integra et vehementior eius similitudo cum intelligentia per hoc quod pendet per intelligentiam, et est intelligentia completa. Et similiter non omne corpus naturale habet animam nisi quod ex eis est completum integrum quasi sit animale. Et secundum hanc formam sunt reliqui ordines intelligibiles.

Causa prima regit res creatas omnes preter quod commisceatur cum eis.

Quod est quia regimen non debilitat unitatem eius exaltatam super omnem rem, neque destruit eam, neque prohibet eam essentia unitatis eius separata a rebus quin regat eas. Quod est quia causa prima est fixa stans cum unitate sua pura semper, et ipsa regit res creatas omnes, et influit super eas virtutem vite et bonitates secundum modum virtutis earum receptibilium et possibilitatis earum. Bonitas namque prima influit bonitatem super res omnes una influxione. Verumtamen unaquaeque rerum recipit ex illa influxione secundum modum sue virtutis et sui esse. Et bonitas prima non influit bonitates super res omnes nisi per modum unum, quia non est bonitas nisi per suum esse et suum ens et suam virtutem, ita quod est bonitas, et bonitas et ens sunt res una. Sicut ergo est ens primum et bonitas res una, fit quod ipsum influit bonitates super res influxione communi una. Diversificantur ergo bonitates et dona ex concursu recipientis. Quod est quia recipientia bonitates non recipiunt equaliter, immo quedam eorum recipiunt plus quam quedam, et hoc est propter magnitudinem sue largitatis. Redeamus ergo et dicamus quod inter omne agens quod agit per suum esse tantum et inter factum suum non est continuator neque res alia media. Et non est continuator inter agens et factum nisi additio super esse, scilicet quando agens et factum sunt per instrumentum et non facit per esse suum et sunt composita. Quapropter recipiens recipit per continuationem inter ipsum et factorem suum, et tunc est agens separatum a suo facto. Agens ergo in quo inter ipsum et factum suum non est penitus continuatio est agens … verum regens et faciens res cum pulchritudine decoris post quod est possibile ut sit decor aliud, et regit factum suum per ultimum regimen. Quod est quia regit res per modum quo agit, et non agit nisi per esse suum; ergo esse eius etiam est per regimen eius. Quia propter hoc fit quod regit et agit pulchritudine decoris et regimine in quo non est diversitas

nec continuetur, et non diversificatur nisi propter receptionem et regimen ipsum tale primum nisi secundum virtutem recipientis.

Primum est dives per seipsum et est dives magis. Et signum eius est unitas eius, non quia unitas eius sit sparsa in ipso, immo est unitas eius pura, quoniam est simplex in fine simplicitatis. Si ergo vis scire quod primum est dives, applicato intellectum tuum ad res compositas et inquire de eis inquisitione perscrutante. Invenies enim omne compositum diminutum, indigens aut alio aut rebus ex quibus componitur. Res autem simplex, una, que est bonitas, est una, et unitas eius est bonitas, et bonitas est res una. Illa ergo res est dives magis, quod influit et non fit influxio super eam per aliquem modorum. Reliquae autem res aut intelligibiles aut corporeae non sunt divites per seipsas, immo indigent vero uno influente super eas bonitates et omnes gratias.

